Commētaria clarissima in secundā partem doctrinalis Alexandri. Ab eruditissimo uiro Kempone Thessaliensi Hollandiæ, magistro bonarum artium Parrhisiensi, pro anhelentibus Syntaxim potissimam grāmaticę speciem funditus intelligere, exactissime in lucem edita.

DE REGIMINE

g Rammatica eſt recte loquẽdi, recteq́ʒ ſcribendi ſcientia, origo & fons omniũ artiũ liberaliũ. Partes grammaticę ſunt quattuor, littera, ſyllaba, dictio & oratio. Ille recte loquit̃ ac recte ſcribit qui neq́ʒ Barbariſmũ, neq́ʒ Soloeciſmũ facit. Barbariſmus eſt uitioſa corruptio uocabuli. Vocabuliũ duob⁹ modis corrũpitur, vno modo ſcribendo ut ſi ſcribamus ymnus ſine aſpiratione, ſcamnũ cum p. xp̃s cum x & p cũ ſcribi debeat hymnus ſcamnũ chriſtus. Y grecũ non ponitur in principio dictionis, niſi pręcedat aſpiratio, Inter m & n in eadẽ dictione nunq́ʒ ſcribit̃ p, Chriſtus cum ch aſpirato, non cum x & p ſcribitur. Similiter chriſtophorus cum ch aſpirato in prima ſyllaba, & ph aſpirato ſequente o in penultima ſcribitur, Male igitur quidã ſcribũt & proferunt chriſtoferus. Altero modo corrumpitur uocabulũ ꝓferendo, ut ſi dicam coinquino penultima ꝓducta, cum penultima ſit breuis, & ideo accentus erit in antepenultima, Claudianus Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores. Cõtra umbilicus penultimã ꝓducit. Iacobus (ſi mõ claros audire uolumus auctores) eſt dictio quadriſyllaba, & penultimã ꝓducit. Claudianus. Ne laceres uerſus dux iacobe meos, Item aratrũ & ſimulacrũ in claris poetis penultimã ſemper ꝓducunt. Iſidorus cum accentu ſuper penultimã contra uulgarem conſuetudinẽ proferri debet. Hypocrita & hypocriſis acuunt, id eſt in altũ leuant antepenultimã, non penultimã. Soloeciſmus ẽ incõgrua partiũ orationis compoſitio, ut placet me, dicatis cuſtodem. Soloeciſmus eſt dictio quadriſyllaba, non pentaſyllaba, ut uoluerũt Ebrardus & Alexander, Secunda ſyllaba habet diphthongon, oe. Si quis dicat Ioannes eſt tam diues ꝙ mirũ eſt, uel aliud ſimile, facit ſoloeciſmũ, quia ẽ dicendũ, Ioannes eſt adeo diues ut mirum ſit. Vbi notanda eſt hæc regula, Poſt tam. tantũ, talis, adeo. ſic. ita in claris auctoribus ſequitur ut, & nõ ꝙ, Si quãdo inuenitur contrariũ, hoc nõ eſt imitandũ, Item poſt uerba rogandi ſequitur ut, & non ꝙ, In euangelio. Rogabat ieſum quidam phariſeus ut manducaret cum illo. Tullius in Catone maiore, Quę pleriſq́ʒ ſic odioſa eſt, ut onus etna grauius dicant ſe in humeris portare. In euangelio. Sic de⁹ dilexit mũdũ, ut filiũ ſuũ unigenitũ dar[et]. Poſt uerba pręcipiendi, ut iubeo p̃cipio ſequit̃ ut, unde nõ eſt dicendũ, pater iuſſit ꝙ ueni res, ſed iuſſit ut uenires. Itẽ poſt hęc uerba metuo timeo uereor & ſimilia in claris auctorib⁹ nũq́ʒ ſequit̃ ꝙ. Terẽti⁹. Timeo ne pr̃ iã rure redierit

h Ic iubet ordo libri regimen vocum reserari

Dicit scd'm ordinē in prefatōe h⁹ libri premissū, hic de regimīe ē determinādū, Errāt (mea sententia) q hic circa principiū temp⁹ terūt, drn̄am inter regere, deseruire & determinare inquirentes scrupulose, cum quod Priscia. uocat construere, & quod Donatus uocat deseruire, hoc idem Alex. uocat regere, quapropter fere pro eodem habemus. Ordo est dispositio rerum quarumlibet. Quattuor sunt ordīes hominū. s. ordo sacer, ordo patritius, ordo equester. ordo plebeius, Ioannes uult initiari sacris ordinibus. Patritius dicitur qui e domo senatoria ortum ducit. Diuus Gregorius erat patritio genere nat⁹ hoc est pater ei⁹ erat senator urbis romę. Senator est unus e delectis consiliarijs reipublicę ein scheffenn oder ein ratzher, Milites dicuntur ordinis equestris. Ioānes est plebeio genere natus. Er ist von schlechten burgeren geboren, Serę uocantur quibus hostia clauduntur, a quo uerbum Sero. claudo, a quo compositum resero, aperio, manifesto

Ordo Patritius Senator Seræ

Vult intransitio rectum supponere verbo
De personali tamen hoc intellige dici

Verbū psonale finiti modi supponit sibi ntm̄, uel aliqd supplēs uicē nti Vel sic, Verbū psonale intransitiuę regit ante se ntm̄. Verbū personale ē q̊d hēt diuersas psonas & numeros. Verbū impsonale q̊d caret psonis & numeris. Qn̄ uerbū infiniti modi supponit sibi ntm̄, tūc accipit p uerbo finiti modi. Vir. Tū pius ęneas humeris abscindere uestem. Auxilioq; uocare deos & tēdere palmas, abscindere, p abscidebat uocare, p uocabat, & tendere, p tendebat, Salust. in Catilina. Finitimos reges bello tentare. i. tentabant, Terē. Omnis mihi inuidere & mordere clanculū, ego autē floccipendere, p inuidebant, mordebāt. floccipendebāt, Ambro. in passione agnetis. Omnes flere, ipsa sine fletu. Verba primę & secundę personę utriusq; numeri non indigent ntō expresso, sed, ppter certitudinē potest in eis intelligi suppositum, quia tantū unum habemus suppositū primę personę singularis numeri. s. ego, & tantū unū pluralis numeri. s. nos. Tantum unū suppositū secūdę personę singularis nu. s. tu. & tantū unū pl'is nu. s. uos Ideo in uerbis primę uel secūdę psonę pōt intelligi suppositū, sed in v̄bis tertię psonę nō pōt intelligi suppositū, eo q infinita sunt supposita tertiæ personę. Verbū impsonale nō supponit sibi casum. Verba exemptę actionis etiā faciūt perfectā sententiā sine supposito, ut pluit, ningit grandinat Verbū personale infiniti modi supponit sibi actm̄. Quinq; p ntō supponunt uerbo personali. s. infinitiuus, materialiter positū, attributū. dictum & appellatū. Vers⁹. Infi. materies. attri. dictum simul appel. Supponunt uerbo si rect us deficit illi. Vel. Reddamus uerbo supposto deficiente

Verbum personale

Supposto,p supposito per syncopē cā metri.Cōposita a pono in carmine qnqꝫ habēt postū,p positū per syncopē.Vir.Manet alta mēte repostū,Iudiciū paridis.Pro.i.loco alicui⁹,ut iuniperus.ein vueckolter boum,habet spinas,p folijs.i.loco foliorū. Grana iuniperi vueckolterber.Ideo nō est dicendū,uerbū personale uult habere ntm̄,p supposito,sed uerbū personale supponit sibi ntm̄,uel uerbū personale uult habere ntm̄ supponētē,uł ntūs supponit uerbo personali.i.supponit̄,Alioqui nō dicimus ntm̄ esse suppositū,sed stare loco suppositi,quod est absurdū,Ita etiā cum dicim⁹, Vitus habet catharinā,p uxore,tūc catharina nō est uxor uiti,sed concubina supplēs uicē uxoris,Sed dicemus Vitus accepit catharinā uxorem: In euangelio.Noli timere Ioseph fili dauid accipere Mariam cōiugē tuā.

Sæpe vocans verbum sibi vult apponere rectum
Et substantiuum.vel quod vim seruat eorum

Verbu sub statm̄ vtm̄.

Verbū substm̄ apponit sibi quēlibet ntm̄,hoc ē ntm̄,pprij nōis siue appellatiui.Sed uerba uocatiua,pprie apponunt sibi ntm̄,pprij nomīs quod patet ex descriptiōe utriusqꝫ uerbi. Verbū substm̄ ē quiddā generale specificabile per,ppriā denominationē tātū,Vbi multi barbare dicūt,ē q̄ddā generale,quia duo adiectiua quorū neutrū est substm̄ nō debēt cōiungi,unde eadē de causa nō recte dicitur bonū latinū,sed oratio latina, vñ bonū latinū(ut sic dicā)est malū latinū,Alia descriptio uerbi substantiui Verbū substātiuū est q̄d substat alijs in declinādo & in resoluēdo & sic tātū unū est uerbū substm̄.s.sum.Alia,pprie nō sunt substātiua,quia nō significāt uerā substantiā,Sum in declinādo,i.cōiugādo substat uerbis passiuis deponētib⁹cōibus & neutropassiuis,q̄ neqꝫ haberēt ptā perfecta,neqꝫ tēpora a ptō perfecto formata,nisi haberem⁹ hoc uerbū substātiuū sum. In resoluēdo sum substat oībus uerbis mūdi,etiā sibiipsi,quia omne uerbū potest resolui in suū participiū pn̄tis tpis & ī hoc v̄bū sum,ut lego id ē sum legēs,curro sum currēs,loquor.i.sum loquēs,ambulo.i.sum ambulās,Sum.i.sum ens,Nō dr̄ per syncopē exto,p existo.quāuis idē significēt

Exto.

Exto est cōpositū a se,& sig.emineo extra sto,ut īsula sidit,quia terra q̄ heri fuit aquis cooperta nūc extat.Existo a sisto deducit̄,etiā signi.extra sto

Existo.

emineo emergo.Oui.Existūt mōtes quos summū texerat æquor. Existo etiā p sum usurpatū aliquādo inuenit̄,Quærendū est quis uocaris & non qualiter uocaris.Hęc quinqꝫ uerba uocatiua nūcupor appellor.nominor dicor uocor idē sig.Valde multa uerba habēt uim uerbi substantiui, ut actiua passiua neutra deponētia & coīa,De actiuis ut audiui hoc p uer,feci inuitus.i.nō uolēs,dixi imprudens idest sine prudentia.De passiuis, ut habetur doctus,diues,insons.Dicendum,Ioannes habetur bonus,& non reputatur bonus,quia reputare significat considerare.recolere,ut quid tecum reputas,Apuleius.Quum id sæpe mecū reputarem.De neutris Se-

neca. Dum fata sinunt uiuite leti. Vir, Viuite fœlices quib⁹ est fortuna per acta iam sua. Qui primus uenit primus molit. Franciscus Petrarcha. Iso spes uarioscq; uię circũspice cas⁹. Vade cautus, uale fœlix. Sedeo construit cũ ntõ specificantẽ modũ sedendi, & ideo ẽ ineptũ exẽplũ, sedeo iustus, Aptũ uero, sedeo curuus, sedeo erectus. De deponẽtalibus, oĩs homo na scitur nudus & pauper. Martin⁹ cœlũ diues ingredit̃, iste ꝓfectus est pau per, sed reuersus est diues, saluus & lętus reuertaris. De cõmunib⁹. Tãtũ sacramẽtũ ueneremur cernui, ibi cernui est appositũ. Cernuus. i. inclinat⁹ quasi terrã cernẽs, Baptizor inscribor interpretor salutor habent uim uer bi uocatiui. Quęrendũ est qs inscribit̃ hic liber, & nõ quõ aut qualiter uo cat̃. Ego pl⁹ ioãnes ꝙ petr⁹ salutor, diuites salutantur dñi. Quorũ actiua regũt duos actõs, illa passiua regũt per hãc regulã post se ntm̃, qualia sunt uocor inscribor salutor habeor, quorũ actiua regũt duos actõs.

Horum consimiles debet coniungere casus
Copula, personam dum pertineant ad eandem

Hic auctor ex duab⁹ regulis ṗdictis, Vult intransitio & Sępe uocãs, infert corollariũ dicẽs, Verba substãtiua uocatiua, & eorũ uim habẽtia copulãt similes casus. Copula ẽ uinculũ, societas. Copulo socio iungo. & regit accu satiuũ sine ṗpõne inter, unde dicimus uerbũ substantiuũ copulat similes casus. Prędicta uerba finiti modi copulãt tãtum ntõs, sed infinitiui modi copulãt & ntõs & siẽs obliq̃s. Sed ab hac regula, Horũ consimiles excipi atur vtũs, ut petre uis esse ꝓbus, nõ ꝓbe, legit̃ tamen in Catul. Rufe mihi frustra ac nequicq̃ credite amice, ubi participiũ uerbi habentis uim uer bi substantiui copulat utõs, Nota quãdo hĳ duo infinitiui esse & fieri nul lum hñt ante se casũ, tunc in claris auctoribus supponũt sibi actm̃ nõ ntm̃ Cice. in fine paradoxorũ. Suis reb⁹ esse cõtentũ maximę sunt certissimęq; diuitię, Itẽ etiã dicim⁹, Pręstat esse odiosum ꝙ miserabilem, sanũ ꝙ diui tem, non odiosus ꝙ miserabilis, non sanus ꝙ diues.

Ex vi personæ rectum regit initialem
Rectum qui sequitur verbi natura gubernat

Nominatiuũ regi ui personę, est illũ esse suppositũ. ntm̃ regi ui naturę est illũ esse appositũ, Ad habendã ueritatẽ & falsitatẽ orationũ, utile est scire utrum ntũs supponatur uerbo. an apponatur, ut hęc oratio. Ioãnes diues natus est, est uera, si ntũs diues ẽ suppositũ, est falsa, si ntũs diues est apposi tum. Contra se habet hæc oratio, deus homo factus est. si ntũs hõ regitur ui personę est falsa, si ui naturę uerbi est uera, & tunc sensus est, deus est fa ctus homo, Male dicitur a parte ante & aparte post, sed recte a parte ante riori, a parte posteriori, uel ante se post se.

Apponens duplices substantiuos sibi iunget
In casu simili. poteritq; genus variari
Tunc illos ad rem spectare decebit eandem
Et plus commune praecedere debet in istis
Sicut homo fortes. animal capra consimilesq;

Sequit̄ de orationib⁹ figuratis, & primo de appositiōe. Figura secundū Quintilianū ē arte quadā nouata dicēdi ratio. i. modus. Inter substātiua in appositione potest aliquid mediare, sed nō cōiūctio, ut hic. Vidit ies⁹ hominē sedentē in telonio mattheū noīe. Appositio fit ex tribus substā tiuis, ut Marcus Tullius Cicero. Caius Crispus Salustius, Gaius Iuli⁹ Cęsar. Publius Virgilius Maro. Cum ergo dicitur in definitione appositionis duorū nominū. intelligitur q̄ ad minus erunt duo substantiua, quod intelligit̄ de appositione explicita. Ex duobus adiectiuis nō fit bon⁹ sens⁹ ergo ex eis nō fit appositio. Quare substātiua in appositiōe uolūt poni in eodē casu, quia ad idē pertinēt. Nō ē necesse ī appositōe sp̄ p̄cedere magis cōmune, ut maria uirgo. petrus apl̄us. Pli. Lep⁹ animal auritū herba alit̄. Idē. Lupū piscē nō uidit italia. In euange. Et p̄currens zacheus ascendit in arborē sicomorū, ibi fit appositio in actō. Salusti. Vrbē Romā sicuti ego accepi, condidere atq; habuere initio troiani. Appositio fit in omī casu in utroq; numero. In euangelio. Btūs es simon bariona, simon bar est appositio, simon bar iona. i. simon filii iouis. Bar iona sunt duae dictiones, vn̄ accentus est in prima syllaba de iona, & nō in bar. unde est p̄nunciandū bar iona, acuēdo primā de iona, non bariona per unā dictionē cū accētu in antepenultima. Sic didici a doctissimo p̄ceptore meo cui⁹ animę deus misereat̄ Alexādro Hegio. Socrates existimo dicendū, nō sortes. Alexander non sanderus, Deus abraam. deus isaac deus iacob non est appositio, sed abraam est ibi gt̄i casus. i. abrae. nō enim ualet quae in appositione fieri pōt resolutio, deus abraā. i. deus qui ē abraam, sicut animal hō. i. animal quod ē hō, uel animal ens hō, in hac em̄ orōne eadē manet sn̄ia, in illa v̄o mutatur sensus. Mille substātm̄ facit qn̄q; appositionē, ut paul⁹ misit duodecim millia drachmas in gazophilatiū. utrūq; dicitur latine, barbari trucidauerūt Coloniae undecim millia virgines, siue undecim millia uirginum. Qualiter est haec oratio latina quae habetur in sacris literis. Duodecim millia signati, est appositio implicita, quia subauditur substantiuum uiri, ut sit sensus, duodecim millia uiri signati, & sic adiectiuū cōuenit cū substātiuo intellecto, ut etiā hic, am correptā, e correpta p̄neste sub ipsa, quia noīa literarū & syllabarū scd̄m Priscia. sunt generis neutri. Falsum est q̄d olim quidā somniauerūt. mille substātiuū olim fuisse generis omīs

In triplici genere dum millia dicta fuere. Millia signati fuerat data

cõgruitati. Nicolaus Perottus mauult legere duodecim millia signata Mille substãtiuũ, ein dusent regit gt̃m, ut mille militũ, mille ciuiũ est inter/emptũ, & est in singulari numero indeclinabile, sed in plurali declinatur millia milliũ millibꝰ, semp cũ ll. geminato scribendo. Sed mille adiectiũ est pluralis numeri indeclinabile scd'm usum, oĩs generis. Poetæ tamen interdũ declinant. Philelfus in satyris dicit millibus uenenis, millibꝰ rixis Appositio est facta ad hãc regulã. Quãdo cõueniũt duo nomĩa substan stantiua ad idẽ pertinẽtia, ponẽda sunt in eodẽ casu. Sed septima regula intelligitur de substãtiuis ad diuersa pertinẽtibꝰ. Contigit substantiua in appositiõe esse diuersorũ numerorũ. Oui. Quid meruere boues animal sine fraude dolisue, Simplex ac rectũ natũ tolerare labores. Vir. Formo/sum pastor coridon ardebat Alexim. Delicias domini. Iuue. Quanta gu la quæ sibi totos Ponit apros, animal ꝓpter cõuiuia natũ. Similiter & in hoc exẽplo. Ecce suscitabo chaldeos gentẽ amaram uelocẽ. Appositio fit tribus modis. Primo causa restringendæ generalitatis, ut arbor laurꝰ ful mine nõ icitur. Secundo causa remouendæ equiuocationis, ut canis ani/mal latrat, leo signũ ardet. Tertio causa attribuẽdæ ꝓprietatis, ut Vir gilius uir summus. Appositio quandoq; fit ex proprijs nominibus, ut Marcus Tullius. Quãdoq; ex appellatiuis, ut arbor sicomorus. Qñq; ex uno ꝓprio & altero appellatio, aut ecõuerso, ut urbs roma. Maria uir go. Oratiões appositoriç sunt eclypticç, quia inter substantiua in apposi/tione subauditur ꝑticipiũ ens. Neq; appositio neq; euocatio neq; cõceptio personarũ neq; cõceptio gñm neq; ꝓlepsis neq; zeugua uere hẽt aliquid uitij, quin potiꝰ exornãt orones, quibus cuilibet & in prosa & in carmine citra reprehẽsionẽ licet uti. Sed obijcit cũ Dona. Figura est uitiũ cũ rõne excusatũ. Ad quã obiectionẽ sic rñdeo. Donatus accepit ibi figurã stricte ꝓ barbarismo & solœcismo. & quibusdã alijs, q̃ cũ barbarismo & solœ/cismo cõnumerãtur, quales sunt acyrologia cacophaton pleonasmos. pe rissologia macrologia tantologia eclypsis tapinosis cacosynthetõ & am phibologia, Et nõ accepit ibi Donatus large strictẽ ꝓ qualibet figura. Si igit istç figurç nihil habẽt uitij, frustra quęrit (a nõnullis uitiũ tanq; nodꝰ in scirpo. Et si nihil habent uitij, non indigent rationibus uitium excusan/tibus, quia quod mundum est non eget ut lauetur. Sed de hac re satis

Ternæ personæ generaliter omnis habetur
Rectus, sed demas pronomina quattuor inde
Ista vocant rectos ad primam siue secundã
Pauper ego ludo, dum tu diues mediteris
Nos tuti loquimur, dum vos timidi taceatis.

In euocatione quattuor requirūt͛,psona euocās & euocata,remotio copu lę uerbū cōcordās cū psona euocāte,quare ī euocatiōe uerbū poti⁹ conuenit cū psona euocāte q̄ cū euocata,hoc facit dignitas psonę euocātis. Persona euocās ē una de istis quattuor ego nos tu & uos,Persona euocata est q̄libet ntūs siue noīalis siue participialis.Ntūs tertię persone iūct⁹ īmediate uerbo primę uel secūdę personę nō semp facit euocationē,quādo,s.regitur a parte posteriori,ut apud Hora. Ego prim⁹ iābos ostēdi latio,i.italiæ iābos.i.uers⁹ iābicos.Qui postremi uenerūt primi abeūt,Qui primus uenit prim⁹ molit,ibi prim⁹ regit͛ a parte posteriori,ego puer hoc audiui, si puer ui personę regit͛ ē euocatio,si ui naturę nō ē euocatio.Qui & ipe p̄ ponūtur uerbis triū personarū,ut qui sum,qui es,qui est,ipe uidi,ipe uidisti.ipse uidit.Quādo q aut ipse cōstruit͛ cū uerbo primę uel secūdæ personę ē euocatio,Ipe sig:hoc q̄d barbare personaliter,ut rex uicit hostes, sed ipse nō interfuit cōflictui,Ita etiā dicim⁹.ego ipse feci,nō ego psonal͛r,tu ipse uel ipse fecisti.nō tu personal͛r.Quādo persona euocās intelligit͛,ē euocatio īplicita.Et iō in euocatiōe īplicita suppositū & sequēs uerbū sunt dissimiliū personarū,ut gaudeam⁹ oēs in domīo.Meditari ē animo cogitare, differūt ego feci & ego ipse feci,ego feci uera est si alius meo nomine fecit, Sed ego ipse feci.sensus est ich habs selbs getan

Personas genera numeros conceptio iungit
Personas sibi dissimiles conceptio iungit
Ac per & in medio positam conceptio fiet
Si preponatur conceptio nulla paratur
Prima duas alias recipit,sed non viceuersa
Concipiens simile sibi vult verbum retinere
Concipiens medię dat ternam.nec retrouerte
Concipit in ternis quæ prima locatur in illis
Sic ego tuq̄ʒ damus,ego te frater q̄ʒ rogamus
Tu frater q̄ʒ datis,dominus seruus q̄ʒ precantur

Cōceptio grece dr̄ syllepsis nō sylempsis,ut docuim⁹ in quarta parte.Hūc primū uersum.Personas genera,qdā autumāt nō esse uersū.Alexā.eo q̄ de cōceptiōe numerorū nō meminerit,Et in prima parte.Ille refert monstrat nō ē uersus Alexā,ratio ē in prōptu,qa Alex.scripsit doctrinale suū uersib⁹ heroicis.hexametris,mō Ille refert mōstrat ex omnibus uersibus doctrinalis solus est pentameter,Hic potest addi quarta cōceptio scilicet cōceptio casuū. Vn̄ quadruplex potest assignari cōceptio.s.conceptio

personarũ,cõceptio gñm,cõceptio numerorũ & cõceptio casuũ.Dr̃ cõce ptio psonarũ,quia supposita sunt diuersarũ personarũ,Dicit̃ cõceptio ge nerũ,qa supposita sũt diuersorũ gñm.Dr̃ cõceptio nũerorũ,qa supposita sũt diuersorũ numerorũ.Dr̃ cõceptio casuũ,quia supposita sunt diuerso rũ casuũ,ut ego cũ petro gaudemus,Per & intelligit cõiunctio copulatia Supposita in cõceptiõe pertinẽt ad diuersa,ideo inter ea mediabit cõiun ctio,Cõiunctio enclitica postponit̃,quẽadmodũ ornat⁹ causa coniũctio copulatiua & geminat̃ & pręponit̃,ut & ego & ioannes uidimus,Ita etiã coniunctio enclitica q; geminat̃ & interponitur,ut egoq; ioannesq; uidi mus,Vnde hęc quattuor orationes idẽ signi.Ioãnes & uelociter & bñ scri bit Ioannes & uelociter & bene scribit. Ioannes uelociter beneq; scribit Ioannes uelociterq; beneq; scribit.Nunquid in hoc exemplo Horatij ter tia persona cõcipit primã.Tu quid ego & populus mecũ desiderat audi. Non,ibi nõ ẽ cõceptio personarũ sed zeugma,nã in conceptiõe ṽbũ erit pluralis numeri,quãuis etiã tertia persona honoris grã p̃cedat primã uel secũdã,ppterea tñ nõ dicit̃ psona cõcipiẽs,ut in euãge.Pater tuus & ego dolentes q̃rebamus te.Quinq; requiruntur in cõceptiõe,dictio cõcipiẽs, dictio concepta,copulatiua cõiunctio uel prepositio cũ,uerbũ uel adiecti uum pluralis numeri,q̃d concordat cũ persona concipiente

Per cum sed nunq; per vel conceptio fiet
Tu mecum iuste debemus iura tenere
Sic ego cum petro gaudemus iura tenendo

Pro et,& casu sequẽti pt̃(manẽte eadẽ sñia)poni p̃positio cũ,cũ ablatio Ioannes & petrus,Ioannes cũ petro,uidi ioannẽ & petrũ,uidi ioannẽ cũ petro,& ideo per cũ fit cõceptio sicut per &,Per uel intelligit̃ oĩs cõiũctio disiũctiua.quia sicut per uel nõ fit cõceptio,In cõceptiõe significamus res aliquas coĩter.i.pariter fieri,modo uel nõ cõiungit,sed disiũgit ea inter q̃ stat, Nec & neq; quãdoq; capiunt̃ copulatiue,& sic faciunt conceptio nẽ personarũ.Terẽ.Si neq; ego,neq; tu fecimus,hoc non siuit egestas.Vn de quidã uolũt nec & neq; non esse coniunctiones disiunctiuas,sed copu latiuas.Per uel non interrogamus,sed respondem⁹,Sed per an interoga mus,Quãdo uel pręponit̃ tunc debet geminari,nisi capiatur pro saltem ut Si non suis uatibus credat,uel gentilibus,Vel ponit̃ inter ea q̃ cõiungit, q; ne ue postponũtur,nisi ornatus causa geminẽtur,Mecũ.tecũ.secũ,uo bis cũ.nobis cũ secñ Priscia,nõ sunt aduerbia,sed orationes in quib⁹ prępositio ponit̃ per anastrophen,Ita etiam dicitur qui cum. Nec Necq;

Sed non per quintum fiet conceptio casum.
Si quintus desit,tu petre tuiq; rogate.
Cunq; tuis socijs orate sacer dionysi

Quidā dicunt ꝙ ꝑ vtm̄ nō fit cōceptio,qa utūs nō supponit uerbo ꝑso/nali.Cōtra dicūt,utūs pōt esse suppositū,qa potest esse appositū,& sic per vtm̄ fit cōceptio.Quā altercationē & sites parū uel nihil utilitatis afferentes,in mediū relinquamus,Satis em̄ ē hāc orationē & similes esse latinas. Sancte dionysi cū socijs tuis orate ꝓ nobis. Sed hic quęrit̄ quō dicemus Sancte Bonifaci cū socijs tuis orate ꝓ nobis,an ora ꝓ nobis,Ambę orationes sunt latinę,prior ē latina per cōceptionē,altera per hypozeugma,& pōt mutari in hāc conceptionē,Bonifaci ora ꝓ nobis,& socij tui subaudi etiā orent,qa ut dictū ē,ꝓ et.& casu sequēti pōt poni ꝑpositio cū,cū abltō

Socij Socij ꝓprie dicūtur qui nobiscū sunt belli paciſqꝫ participes.

Sacer Sacer qnqꝫ est idē quod execrād⁹,maledictus:Vir. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames. De cōstructione uocatiui.Vtūs construit̄ cū aduerbijs o age,quod habet agite in plurali,amabo,ah liebs cum sodes, cū ah cum h,cum heus

Inter personas non fit conceptio ternas
Sed per & aut per cum coniunctio fiet earum
Neutraqꝫ concipitur,dominus seruusqꝫ precantur,
Petrus cum paulo regnant cum rege superno
Pluribus est tanqꝫ sententia certa.ꝙ inter
Personas possit fieri conceptio ternas

Stricte accipiēdo cōceptionē.s.ꝓ cōceptiōe ꝑsonarū,ꝑ tertias ꝑsonas nō fit cōceptio,& sic accipit̄ hic,Inter ꝑsonas nō fit &c.Large accipiēdo cōceptionē.s.ꝓ qualibet cōceptiōe,ꝑ tertias ꝑsonas fit cōceptio,& sic accipitur ibi.Plurib⁹ ē tāqꝫ,Duo singularia supposita copulata cōiūctione copulatiua ęquipollēt uni plurali.i.plurali uerbo.plurali adiectiuo,plurali relatiuo.plurali substantiuo.Exempla sunt.Ioannes & vuilhelmus disputant. maritus & uxor sunt iusti.Equus & mulus in quibus nō est intellectus Maritus & uxor sunt textores,fullones,Regnare olim fuit uerbū transitiuū,& significabat regere,ūde regnator.rector,ut regnator olympi.idest rector cœli.Sed nūc regnare est uerbū absolutū significās regē esse.Cice. In libera ciuitate nemo debet regnare.i.in libera ciuitate nō debet eē rex

Sentētia ubi em̄ rex est,ibi respublica nō est,A sentio deriuat̄ sñia,quę modo ꝓ iudicio siue poti⁹ iudicato accipit̄.Vñ sentētiā ferre,siue sentētiā dicere iudices affirmam⁹,cū ea mēte qd ꝓnūciant,ut secūdū id discedere litigātes a tota cōtrouersia uelint.Mō significat id q̄d anim⁹ sentit.i.credulitatē, vñ ex animi nostri sentētia loq uel euenire aliqd dicim⁹ Mō capit̄ ꝓ eo q̄d ꝟba significāt.Plinius iunior.Tam obscure loquit̄ ut nulla ex uerbis ei⁹ sententia colligi possit.Nōnunqꝫ etiā sentētias uocamus lumina ipsa oratio/

nis, presertim q̄ in clausulis sunt breuiter collecta. Hinc orationē quę huiusmodi lumina crebra habeat, sententiosam dicimus.

Vt personarum generum conceptio fiet
Adiectiua tenet generis conceptio. mascꝫ
Femineum recipit & neutrum, nec retrouerte
Hic vxorqꝫ toro sunt iuncti, mente remoti.
Sunt domino grati virgo cum virgine iuncti
Bos & iumentum sunt ad presepe ligati
Neutraqꝫ femineis tanquā concepta videbis
Per vim sunt leges & plebiscita coactę

Conceptio generū fit sicut cōceptio psonarū, ut dr̄ in textu, q̄d sic ꝓbat̄. Sicut in cōceptiōe psonarū sunt duo supposita, sic in cōceptiōe gn̄m sunt duo substātiua. Sicut in cōceptiōe psonarū supposita sunt dissimiliū personarū, ita & in cōceptiōe generū substātiua sunt dissimiliū generū. Sicut in cōceptiōe psonarū inter supposita mediat cōiūctio &, uel prepō cū, ita etiam in cōceptione gn̄m mediat inter substātiua cōiūtio & ul̄ ꝑpō cū. Vnde per cū etiā fit cōceptio generū, Oui. Ilia cū lauso de numitore sati. Sicut in conceptiōe psonarū sequit̄ uerbū p̄l'is numeri, Ita etiā in cōceptiōe generū sequit̄ adiectm̄ p̄l'is numeri, Sicut in cōceptiōe psonarū uerbū couenit cū digniori supposito, ita etiā in cōceptiōe gn̄m adiectiuū couenit cū digniori substantiuo, Recte ergo dicit̄ in textu. Vt personarū generū cōceptio fiet. Fœmininū gen⁹ bene uidet̄ cōcipere neutrū, sed nō cōcipit, vt i Luca. Leges & plebiscita coactę, ibi ē hypozeugma. Plebiscitū ē lex quā plebs nō popul⁹ accipit, In populo oīs pars ciuitatis, & oēs ordines cōtinētur, In plebe aūt neqꝫ equites sunt, neqꝫ patritij, sed est uilior pars populi, Et dicit̄ plebiscitū quasi scitū plebis. i. decretū, hoc est lex siue institutio plebis. Scita ꝓ decretis ponūtur. Cōceptio generū fit tantum inter substantiua quę significant res sexatas. i. marē & fœminam, uel quę putabant̄ sexatę, ut in ꝓpheta. Sol & luna obtenebrati sunt. De alijs substantiuis. Seruius ponit hāc regulā. Q̄n copulātur substātiua noīa diuersi generis habēt adiectm̄ neutri generis. Salust. in Catilina. Huic ab adolescentia bella intestina, cædes rapinę, discordia ciuilis grata fuere. Idem His gen⁹ ętas eloquentia ꝓpe ęqualia fuere. In libro psalm̄. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt, Ita etiam dicemus, si modo claros uolumus imitari auctores, uictus & amict⁹ siue uestes sunt homini necessaria. Torus est lectus secundum Seruium. a tortis herbis sic dictus. Virgo a uiridiori ætate dicitur. ideo etiā ponitur

Conceptio generum

Plebiscitū

Scita

Torus

Virgo

interdū ꝓ corrupta, Vir. ī buco. loquēs de pasiphae iā a tauro uitiata dicit Ah uirgo infœlix tu nūc in mōtibꝰ erras, Ita etiā in lingua uernacula mulierē q̄ iā aliq̄tiens peperit. iungfravu salutamus. i. uirginē. Et sic uirgo accipit large, Theologi accipiūt uirginē stricte ꝓ incorrupta, q̄ est expers uirilis concubitꝰ, intemerata. inuiolata, illibata, Iumentū dicitur quasi iuuamentū. i. auxiliū, Iumenta dicūtur aīalia q̄ sarcinas gerūt uel currꝰ trahūt bobus dūtaxat exceptis, nōnulli iumentū a iungēdo dictū putant.

Iumentum

Hoc etiam sæpe facies in distribuente,
Pronus uterq; iacet de petro dic helenaq;,

Cōceptio gn̄m implicita

Per distributiua intelligit signa uniuersalia, Cōceptio gn̄m implicita est qn̄ substātiua nō exprimūtur, sed includūtur in aliq̄ distributiuo. In Gen. Erat uterq; nudꝰ. s. adā & uxor eius, Vterq; parēs ē mortuꝰ Oui. Impliciti laqueis nudus uterq; iacet, uterq;. i. mars & uenꝰ, Idē, Vt templi tetigere gradus ꝓcūbit uterq;. Pronus humi, gelidoq; parens dedit oscula saxo, uterq;. i. deucalion & pyrrha. Pronus dicit capite inclinatus, Accipit etiā ꝓ facilis, ut pronꝰ ad omne nefas. Gelidus, i. frigidus, ut gelida aqua, kaltvuasser, Vn̄ patet q; in cōceptione gn̄m implicita adiectm̄ potest esse singularis nūeri. Q̄ ncūq; per adiectm̄ masculini. g. loquimur de substātiuis diuersorū gn̄m, ē conceptio generū, Si explicite loquimur, de substātiuis diuersorū gn̄m ē, conceptio gn̄m explicita, ut uulpes & caper sitibūdi in puteū quēdā descenderūt, Si implicite, ē cōceptio generū implicita, ut ambo sunt iusti. s. maritꝰ & uxor. Vnde nomē epicœni gn̄is siue alterius substantiui expressione, facit cōceptionē generū implicitā, ut om̄is coruus est niger, omnis cygnꝰ est albꝰ, Falsam reor q̄ dici solet drn̄am, Est meretrix helena, crucis inuentrix sed helena, Sed existimo semper dici helena media breui. si quis cōtrariū in claro poeta inuenit, dicat quæso.

Pronus

Gelidus

Disiungit regimen quod iunxerat ante prolepsis
Hi metuunt alius dominos. aliusq; magistros

Prolepsis

Prolepsis nō ꝓlemsis dr̄. Prolepsis dici p̄t latine p̄acceptio, p̄occupatio siue p̄sumptio. Prolepsis ē qn̄ totū alicuiꝰ grāmatici figurate diuidit. Vel Prolepsis est attributio ꝓprietatis toti diuiso in partes suas, ut puellę legūt flores, ista uiolas, illa uaccinea, Vir. Cōpulerātq; gregē coridon & thyrsis in unū. Thyrsis oues, coridon distentas lacte capellas, Idem Attroces animosa cohors accensaq; luctu, Pars gladios stringūt manibꝰ, pars missile ferrum. Corripiūt, Quinq; requirūtur in ꝓlepsi. s. totum, partes. distributio partium, ꝓprietas & ordo, Totū est dictio plura significans uel copulatū singulare, Duplex ē ꝓlepsis. explicita & implicita, Explicita ē in qua cōcurrūt oīa quæ requirūtur ad eā, Implicita est quæ non omnino exprimitur, ut vos amatis alter alterū. alter alterius onera portate. Salustius

Cepere se quisq; magis magisq; extollere.

Aut quod proposuit extra sumendo reducit
Hi properant & ego. tu ludis & ille sedendo

Zeugma grece latine dr̄ cōiūctio. Zeugma ē cū unū uerbū uel adiectiuū duob⁹ suppositis. vel substātiuis adiūgit, ut hebrei sunt & ego. Triplex ē zeugma. s. ꝓtozeugma mesozeugma & hypozeugma uel histerozeugma. uel sic. Triplex est zeugma a superiori. a medio. & ab inferiori, scd̄m ꝙ uerbū uel adiectm̄ tripliciter in zeugmate locari potest. Exemplū de ꝓtozeugmate. In euā. Stabat Ioannes & ex discipulis ei⁹ duo. Turbatus est rex herodes & oīs hierosolyma cū illo. De mesozeugmate. Qui confi dūt ī dn̄o sicut mōs sion. Vir, Huc ades o melibeę caper tibi salu⁹ & hedi. Diabolus est mēdax & pater eius, subaudi. mendaciā. Meson grece latine mediū. De hypozeugmate siue histerozeugmate. Terentius, Id uisam tu an ille insaniat. Ego sicut fenum arui. Virgi. Nihil hic nisi carmina desunt, leges & plebiscita coacta. Oui. Quid nisi secretę leserunt phyllida sil uę, Alex. Non i sed reliquę pręeunt. Histeron grece latine ultimū. In protozeugmate & mesozeugmate uerbū cōuenit cū priori supposito. Sed in Hypozeugmate uerbū frequēter cū posteriori supposito, Nota differentiam, diligo te ut fratrē, tunc innuo me habere fratrē, sed diligo te tan quā fratrē, tunc non est necesse me habere fratrem, quia quādo loquor ꝑ ut, tūc uerbum prędictū nō est repetendū. Quando uero per tanquā tūc subaudiendum est uerbū substantiuū, sic. Diligo te ut fratrē subaudi dili go. Sed diligo te tanquā fratrē, tanquam esses frater meus.

Zeugma

Meson

Histeron

Inuenies rectum quādoq; regente solutum

Ntūs ponit̄ absolute qn̄ nō hēt uerbū a q̄ possit regi, quia ab ipo solo regit̄ Ntūs ponit̄ absolute duob⁹ modis, ꝓprie & improprie. Proprie qn̄ nec explicite nec īplicite regit̄, & hoc fit dupliciter. Primo cā relationis, ut dn̄s ip se fecit nos, & nō ipsi nos. In psal. Domin⁹ in cœlo sedes eius. Relatiuū & an̄s uolunt regi a diuersis regētib⁹, uel ab uno regēte geminato. Secundo in designatione cōsequētię more ablatiui. Teren. Vos semotę nos soli. i. uo bis semotis nobis solis, In hymno. Lustra qui iā sex peracta, i. lustris sex ꝑ actis. Itē Vt ipsi satiati cesset murmur eorū. i. ipsis satiatis. Quē modū nō licet nobis imitari. Improprie ponit̄ ntūs absolute quādo nō explicite sed implicite regit̄, uel quādo uerbū subaudit̄, & hoc fit causa breuitatis. Salo. Salus ubi multa cōsilia. Plautus. Vbi multi amici ibi opes, gloria patri, laus deo, pax uobis, gloria tibi domine, Augustinus. Conscientia mille testes. Idem. Pęnitētia uera nunq; sera, pęnitentia sera raro uera. Si quid patimini propter iusticiam beati. Expectatio iustorū lętitia, & mille alijs in locis. in quibus subauditur uerbū substantiuū sit uel est.

Ntūs ponit̄ absolute

En Ecce

Ecce tibi rectum quartumve solet dare casum

Hęc aduerbia en & ecce cōstruūtur cū ntō dtō & actō. De ntō. Tul. En statius noster. Ecce lignū crucis, ecce agnus dei, ecce ancilla domini, De dtō Vir. En tibi ausonię tellus. De dtō cū actō. Teren. Ecce damnū tibi. Plaut⁹ En hominē tibi. Quādoq̧ nullū habēt casum. Vir. En quo discordia ciues perduxit miseros. Idem. En quis conseuimus agros.

Sequit̄ de regimine obliquorū. Et primo de regimine genitiui.

e St obliquorum regimen quod scire laboras
In primis regimē quod fit per nomina, post hęc
Quod per verba. dehinc quod fit per cætera dicam
Hinc exempla notes quibus ista videbis aperte

Casus sūt sex ntūs q & rect⁹, gtūs q & patri⁹ & possessiu⁹, dtūs q & cōmedatiuus. actūs q & causatiu⁹, utūs qui & salutatorius, abltūs qui & cōpatiuus & latin⁹ dr̄. Obliqui sunt quattuor, gtūs dtūs actūs & abltūs. Tenus (Tenus) gręca p̄positio in singulari nūero regit abltm̄, ut collo tenus, mēto tenus, pube tenus, In plurali gtm̄ gręcorū more. Vir. in geor Et crurū ten⁹ a mēto paliaria pendēt. Tenus sig. usq̧ ad, ut collo tenus. i. usq̧ ad collū. pube tenus. i. usq̧ ad pubē. i. pudenda, crurū tenus. i. usq̧ ad crura. auriū tenus. i. usq̧ ad aures, Male dicitur corde tenus, mēte tenus, p̄ memoriter, cū corde tenus significet usq̧ ad cor, Sed notādū siue ten⁹ cōstruat̄ gtō, siue cum abltō semp casui quē regit postponit̄. Vir. Capulo te nus abdidit ensem. vnde Donatus. Tenus pube, quod nos dicimus pubetenus.

Nomen significans possessum da genitiuo
Dicere si vere possis istud mea res est
Quum nihil adiungas tunc est possessio pura
Dentur in exemplis tibi, regis equus, ducis aula
Si petis adiungi non est possessio pura
Per plures species huius diuisio fiet

Ab hac regula excipiūtur hi quinq̧ gtī mei tui sui nostri & uestri, qui nō regūtur ui possessionis, neq̧ etiā regūtur a uerbo substātiuo sum es ē, nō enim dicitur liber mei, uel liber est mei, sed liber meus, liber est meus, Sed si obijciatur, Omne possessiuū resoluitur in genitiuum sui primitiui, ergo latine dicitur liber mei. Respondetur, illa regula solum intelligitur de possessiuis nominibus, nō pronominibus. Sed quęritur quare nō dicitur latine liber mei, non placet grammaticis, Inter dictionē regentē & rectā hui⁹ regulæ potest interponi uerbū substantiuū sum es est, Quādo loquimur

per hoc transcendēs res. est possessio pura, quando non, est possessio impura, Inter sex uersus in textu positos, hic uersus. Dentur in exempla, erit quartus ordine non quintus, quia in eo ponit exempla de possessione pura. Aula est domus principis. Inde aulicus qui moratur apud principem, Curia. ein ratzhusz, a quo curialis, non significat aliquem apud principē morantem, sed idem significat quod de eadem curia. Equus adiectiuū primā producit, sed substantiuum corripit.

Pars propriumq; regunt genitiuos atq; reguntur
Dum tamen attendas laudem vel crimen vtrinq;
Dextra viri fortis superat speciem mulieris
Vir fortis dextrę. speciei femina miræ
Vir duri capitis & formę femina turpis

Prima regl'a, Nomē ptis regit gtm̄ toti⁹, ut ungula equi, crista galli. Crista der kam, pupilla oculi. digit⁹ pedis. Digiti sunt tā pedū q̄; manuum. Sura cruris, nucle⁹ iuglandis, Iuglās ein vualtnusz. Putamen mali, die schel von dem apffel. A ruina suis. Sus est genus ad aprū & ad porcū, A per est siluester, ein vuyld schvuin. Porcus est domesticus, Martialis. Inuitas ad aprū ponis mihi gallice porcum, Vertex montis, radix montis, capitellum turris. Pinnaculū templi, locus est circa tectū siue iuxta pinnas, i. summitates parietū templi. Testa oui, die schal von dem ey. centrū est omne mediū, fœmur anseris, lumbus anseris. membrana oui. Membrana est tenuis pellis uel charta. A rmus ein schulter. Petaso ein scheckel. Clunis porci. i. petaso. Per hāc regulā nomina mēbrorū regunt genitiuū, ut columna domus, tegula domus. Luteū oui. i, rubrū. ianua domus. fenestra domus. Ianua & fenestra significāt & ligna & lares, primo physicorū. primo æneidos, genesis primo, matthęi decimo. prima Petri primo. i. primo capitulo primę epistolę Petri. Item summū mediū imum regūt genitiuum per hanc regulā, ut summū domus. i. summa pars domus, mediū domus i. media pars dom⁹, mediū ciuitatis. i. media pars ciuitatis. Secunda regula, Proprietas regit gtm̄ subiecti, per ꝓprietatē intelligitur accidens, uel ꝓprietas ut hic capit, est nomen substantiuū qualitatem uel quantitatē significans, u uirtus uitiū color. Et oīa noīa uirtutū uitiorū & colorū, & oīa fere abstracta. Exempla. species mulieris. i. forma pulchritudo, ut species mulieris multos decepit, eloquentia Ciceronis, fortitudo hectoris, magnanimitas achillis, calliditas ulyssis, audacia temeritas timor dolor uiri, crassitudo muri, Temeritas est imprudentia, pręsumptio. Cōcretum nō regit per hanc regulam genitiuum, nisi ponatur pro abstracto, Quando infinitiuus ponitur pro abstracto etiā regit gtm̄ per hanc regulam, ut uelle Ioannis. i. uoluntas, posse petri. i. potentia. Tertia regula. tertia

cōuertit primā. Nomē totius regit gtm̄ partis mediāte adiectiuo laudem uel uituperiū importāte, Exēpla sunt, populus durę ceruicis, herba magnę radicis, uir magni nasi, domus multarū fenestrarū, Gtūs huius tertię regulę elegātius mutaꝰ in ablm̄, ut uir pręstanti pectore, uir longis crinibꝰ adolescens flauis capillis. Quarta regula. Subiectū regit gtm̄ ꝓprietatis Exempla. turris magnę crassitudinis mirę ꝗ; altitudinis, uir ꝓcerę staturę. i. altę. uir summę uirtutis, Iuuena. Ingenui uultꝰ, puer ingenuiq; pudoris

Ingenuus

Ingenuus. i. nobilis. Vultus enim est index animi. Adolescens bonę indolis, ꝓba antiqui moris femina. ein erber frouv von der alten vuelt. Vir antiqui moris. ein man von der alten vuelt, uir miræ sagacitatis, uir magnæ industrię. i. diligentiæ, Industrius. diligens. Industria. i. diligentia, uir magnæ auctoritatis, Auctoritas audientia dignitas Homo multorum uerborū. homo paucæ fidei. fœmina reuerēdi uultus, uir bonæ opiniōis nominis, famæ. Quādoq; nō est necesse addere adiectiuū, ut homo pacis uir consilij, Gtūs huiꝰ regulæ elegātius mutatur in ablatiuum.

Et debet parti quod pars fuit annumerari
Clausum sub parte dices tunc temporis esse

Vult auctor ꝗ in regimine partis fit ampliatio de pn̄ti ad ptm̄, sicut etiā in regimine continētię. Aduerbia tēporis raro inueniūtur cū gtō, legitur tamē in ep̄lis Phile. Interea, tēporis. Hæc duo aduerbia pridie & postridie regūt gtm̄, construuntur cū his tribus accusatiuis kalendas nonas & idus, construuntur cum hoc aduerbio ꝗ.

Pridie
Postridie

Contentum regit hos, & res, quæ continet illud
Vt vinum vasis. & sunt duo dolia vini
Contentis suberunt ea quæ contenta fuerunt

Exempla. Bacca lauri, bacca oliuæ. racemus uitis, uua hederæ, acinꝰ uuæ sinū lactis. cadus olei. patera uini. acerra turris, palla altaris. calix uini. calix aquæ frigidæ. Doliū. ein butte. etiā dr̄ cupa cupæ. Vasarius factor uasorū, herba horti, herba paludis, uel herba hortensis. herba palustris. liliū horti, fenū agri. Volucres cœli. i. aeris uiuariū murenarū, anguillarum. luporum. carponū. Viuariū. ein vuyher. Nomina in arium includunt gtm̄ ut uestiariū repositoriū uestimētorū. ein kleyder kist, atramētarium calamarium armariū. Piscis maris dicitur qui est in mari, uel in mari captus, & in foro piscario nunc uenum expositus.

Tempus qui fiunt in eodem continet actus

Tēpus tēpestas ętas ęuū seculū annꝰ mēsis dies hora regūt hic gtm̄, Hæc regula cōuertiꝰ, dictio significās actū regit gtm̄ tpis, iter triū dierū, octo horarū, Iter ein reyse, Tēpꝰ etiā cōstruiꝰ cū infinitiuo. Hora. Tēpꝰ abire ti

Tempus

bi est, Vir. Et iã tẽp⁹ equũ fumãtia soluere colla. Cice. Tẽp⁹ est nos de illa perpetua uita cogitare. Tẽp⁹ etiã sig. ptẽ capitis inter aures & oculos, der schloff. Vir. It hasta tago per tẽp⁹ utrũq₃. Oui. Languor & immodici sub nullo uindice somni. Aleaq₃ & multo tẽpora quassa mero. Et sic forte etiam accipit̃ ibi in libro psalmorũ. Et requiẽ dabo tẽporibus meis.

His adiungatur prelatio cum famulatu
Rex huius populi veniet regisq₃ minister

Prima regl'a, nomẽ significãs p̄latũ regit gtm̃, ut rex romanorũ: rex franciæ. uel francorũ, rex angliȩ uel anglorũ, rex hispaniȩ uel hispanorũ, dux burgũdiȩ uel burgũdorũ. dux gelriȩ. comes phrisiæ uel phrisiorũ. Aristoteles fuit princeps phorũ, Zacheus fuit princeps publicanorũ. Publican⁹ ein zoller. Consul ein burgermeister. Senator ein ratzher quẽ hic scabinũ uocamus. Romæ erant trecenti senatores. Senatus der rat. Baro. ein bannerherr. Satrapa. ein stathalter. Episcopus treuirorũ, Vsitatius uero dicimus Episcopus coloniensis, traiectensis, monasteriensis, q₃ epũs coloniæ. traiecti. Præfectus urbis Prȩfectus ein vogt. Propretor ein oberster in einer stat oder lant. Secũda regula. dictio significãs ministrũ regit gtm̃, ut questor episcopi. Questor ein rentmeister. Rector oppidi. Lictor famul⁹ est cõsulis, ut scriba regis Romæ duodecim uiri dextra fascem uirgarũ. sinistra securim gestans anteibãt cõsulẽ, qui dicebãtur lictores, prȩtorem sex lictores anteibãt. Ministri istarũ ciuitatũ uirgiferi mea sententia recte dicerẽtur lictores. tabellarius regis, cãcellarius ducis. cubiculari⁹ summi pontificis. Tabellarius siue tabellio dicit̃ qui perfert tabellas. i. literas. Ante usum chartæ in tabellis ceratis scribebatur. Cancellarius dicitur qui examinat literas priusq₃ signẽtur an bene scriptæ sint nec ne, Cubicularius dicitur qui custodit cubiculũ. i. camerã siue cõclaue domini sui.

Cõsul
Senator
Baro
Satrapa
Prȩfectus
Tabellari⁹
Cãcellari⁹
Cubicularius

Proximitas. contrarietas, genus his sociatur
Huius vicinus, hostis regis, pater eius

Hic ponũtur tres regulȩ. Prima dictio significãs ꝓximũ regit gtm̃. Multifariã dr̃ ꝓxim⁹. s. ꝓxim⁹ loco, ut uicin⁹ cõterraneus, proxim⁹ tempore. ut coȩuus. ꝓximus amicitia uel societate, ut amic⁹ soci⁹, sodalis proxim⁹ cõnubio uel affinitate, ut socer gener, priuign⁹ uitricus. proxim⁹ genere, sanguine, ut pater mater auus auia, proxim⁹ amicus uicinus socius sodalis, familiaris & necessari⁹ subſtãtiua regũt hic gtm̃, adiectiua datiuũ. Vicini dicũtur qui habitãt eundẽ uicũ. A quo uicinia. Primos gradus noticiȩ fecit uicinia. Tota uicinia audiuit, all nachburen haben es gehoret. Sodales sunt socij edendo bibendo ludendo, dicti sodales q̃si simul ædales. Coȩuus est eiusdẽ ætatis. Equalis gleich. Semper natura gaudet ȩqualibus, vñ Cice. Pares cũ paribus facillime cõgregãtur. glich vñ gelich selt sich gern

Proxim⁹
Vicinus
Sodales

Secūda regula. Nomē significans cōtrariū regit gtm̄, Per hāc regulam regunt hic gtm̄ hæc noīa Inimicus. hostis, aduersarius, emulus, perduellis

Perduellis. Differūt hostis & inimicus, Hostes sūt publici, inimici priuati, hostis olim

Emulus significabat peregrinū, nūc aūt perduellē. Perduellis dicit̄ hostis patriæ uel principis. Emulus dicit̄ qui inuidet alteri, uel qui imitatur aliū, A quo uerbū deponēs Emulor. i. inuideo, per sequor imitor. Hora. Pindarū quisquis studet emulari. i. imitari. Tertia regula. Per genus intelligūtur noīa consanguinitatū & affinitatū, dictio ergo significans aliquē de genere uel affinitate regit gtm̄. Differentia, Gentiles & agnati dicūtur omnes qui sūt ex eadem stirpe masculina. Cognati uero quorū maternū genus est idem. Affines dicuntur qui nō tibi natura, sed vxori tuę coniuncti sunt.

CHRISTOPHORVS LANDINVS SVPER HORATIVM

In hagnationis gradibus ascēsus descēsusq̧ ē, Ascēditur aūt hoc pacto, ut

Auus cum cōpositis qui te genuerit patrē appelles, siue is a patrādo dicat̄, patrare em̄ operam liberis dare est &c. Siue quia grece patir uocetur, Deinde est auus ab euo nominatus, quia patre antiquior sit, Post auū proauus quasi ꝓpe auū. Inde abauus quia sit iā ꝓcul ab ipso auo. Postremo est atauus & tritauꝰ quasi tetrauus, quia quartus sit ab auo, Post tritauus maiores dicimus. Eadem erit ratio in descensu. Dicitur em̄ filiꝰ, uel quia ex nostro femore sit, uel ab amore qui grece philos appellat̄. Nihil em̄ magis amat pater q̄ filiū, Inde

Nepos Nepos quasi natus post. Atq̧ suo ordine deinde sequūtur, ꝓnepos abnepos atnepos & trinepos. Quia autē nepos nō is solū dicitur qui est ex filio natus, uerū ex filia & ex fratre & ex sorore, iceirco adiūgimus Pseusippꝰ nepos Platonis fuit ex sorore, Tulliola neptis fuit Quīto Cicerone ex fratre, Qui uero post trinepotē sunt minores appellātur, Ex lateralibus autē habemꝰ patruū patris fratrē, & auunculū matris fratrē, Qui autē aui frater sit magnus patruus dicit̄, qui auię magnus auūculus. Habemus amitā patris sororē quasi alterā matrē, Et materterā. i. matrē alterā matris sororem. Inde pari ratione & magna amita & magna matertera dicitur. Est frater, quia fere sit alter tu. Est soror, quia seorsum a sua stirpe nata uideatur, & alteri stirpe adiūgenda. Sunt patrueles ex duobus fratribus nati, q̄niam qui pater alteri est, alteri est patruus, Sunt itidem consobrini quasi consororini, ex duabus orti sororibus, aut ex sorore & fratre. Deniq̧ gentiles & agnati dicuntur omnes qui sunt ex eadem stirpe masculina. Cognati uero quorū maternū genus idē sit, Affines postremo qui non tibi natura, sed uxori tuę coniuncti sunt, Vxor ipsa dicit̄, quia & soror esse debeat. Vel uxor quasi unxor, ab vngendo, quia apud priscos nouæ nuptæ vngerētur, Maritus dicit̄ quia mas sit, Inde in coniugio socerū dicimꝰ & socrum, quia sibi generum associent Gener aūt ex eo est, ꝙ gn̄andi cā assumit̄. Nurꝰ uero q̄a nubat, Hęc ille, Vitricꝰ ein stieffuatter, Nouerca ein stieffmutter. Priuignꝰ, ein stieff sun, Priuigna ein stieffdochter

GENITIVI

Verbum per quod transit in or verbale vel in trix
Præsens participans pro nomine ponitur, istos
Ista regunt casus. vt amator amans vel amatrix
Cuilibet istorum poteris coniungere vini

Exempla textus sunt iusticię cultor, rigidi seruator honesti, cultor agri. cultor horti, Fautor etiã re: it hic gtm̃, cũuis ei⁹ uerbũ regat dtm̃, Horati. Sit fautor ueterũ. Prudẽ. Nil refert auctor fueris fautorue malorũ, qa auctor & fautor idẽ meretur, Tul. Virtutũ adiutrix amicitia. Iuue. Victrix fortunę sapiẽtia. Rector uniuersitatis, rector scholasticorũ, cẽsor morum reprehẽsor uitiorũ, pfessor sacrę theologię, medicinę, pfessor iuris pontifici, pfessor sacrarũ legũ, pfessor liberaliũ artiũ, der sich fur ein meister yn den vij. fryen kunsten vlzgibt: Genitor siue genitrix petri, oppressor pauperũ, suggestor mali, osor nequitię, In hymno, sessor a selli, ibi ponit̃ sessor pro insessor. Doctor iuuẽtutis .i. magister iuuenũ quia doctor ẽ idẽ quod magister, Nõ est ppriе dictũ lector tertiariorũ quartariorũ. quintariorꝝ sed pceptor siue institutor, quia auctores pprie dicũtur legi. Inuẽtrix gratię, genitrix uitę. nutrix petri, De pticipijs in ans uel in ens. Participia q̃ fiunt noĩa & regũt hic gtm̃ manẽt adiectiua, Tãtũ illa participia pñt poni noĩaliter & regere genitiuũ, q̃ a claris auctoribus construũtur cũ gtõ, qualia sunt amans fugitans obseruãs spirãs abstinẽs reuerẽs appetẽs patiens impatiens metuẽs negligẽs potẽs, pspiciẽs sitiẽs & plura. Sene. Amantes tui ama. Iuue. Viue bidentis amans, bidentis .i. ouis. Herus fugitans litiũ, obseruans equi, In actibus apłorũ, Saulus adhuc spirans minarũ & cædis in discipulos dñi, abstinẽs pecunię, reuerẽs dei. Luci⁹ Catelina habebat corpus patiens inedię algoris uigilię supra q̃ꝫ cuiq̃ꝫ credibile foret, alieni appetens, sui, pfusus. Appetens uini, der gern vuyn drincket, Iuue. Metuens uirgæ iã grandis achilles, potẽs reginę cãdacis, Joannes est rerũ suarũ negligens, .i. incurius. Nota drñam inter has orationes & similes, patiens laboris & patiẽs laborem, Nam patiẽs laboris dicitur qui bene potest laborare, sed patiens laborẽ qui laborat, Patiens inediæ qui potest tolerare inediam .i. esuriẽ, sed patiens inediã dicitur qui esurit. Ab amo deriuant̃ amicus amica amator amatio amor amabilis amatorius. Amicus honestam habet significationẽ, significatq̃ꝫ eũ cũ q̃ uera amicitia coniuncti sumus, cum amica qñ ad uirũ refert̃ inhonesta res sit, ut hęc amica mea est. id est concubina, ego uero ei⁹ amicus nõ sum, sed amator, Amatorẽ quippe dicimus qui ad tp̃s & ueneree amat, Vñ amor hmõi amatio dicitur, Amor modo in bonã partẽ accipit̃ pro sobrio castoq̃ꝫ, modo in malam pro turpiatq̃ꝫ ueneréo, Hinc amor etiam pro cupidine, quem ueteres amoris

deum esse dicebant,frequentissime ponitur.In plurali uero numero amo
res semper pro turpibus atq; uenereis accipimus,Amans dum partici pi
um est frequenter pro eo qui honeste amat accipitur,Amanti nihil diffi-
cile.Quando uero est nomē,capitur ꝓ eo qui amore est captus.Oui. Mi
litat omnis amans,& habet sua castra cupido.Quādoq; etiā quādo ē par
ticipiū.Amabilis dignus amari,cuius cōtrariū est inamabilis,Ab amico
amicitia deriuat,quę definitur,Amicitia est studiorū omniū uolūtatūq;
consensus,cuius cōtrarium inimicitię sunt plurali numero,q̄uis ueteres
etiam singulari aliquando protulerint.Ab amo amatorius.i.ad amorem
pertinens.Vnde amatorij uersus dicuntur & amatorię literę,bulbrieff,
Item amatoriū poculū.i.ueneficiū quod conciliandi amatoris gratia por
rigitur,quod etiam substantiue amatoriū dicitur.Amo qn̄ in bonā par-
tē accipit,plus ē quā diligo,quando uero absolute construitur significat
amore esse captū.Terentius.Meum gnatum rumor ē amare.Idem.Qui
amant egre ferunt sibi vxores dari.

Suntq; regendo pares prædictis ęquiparantes
Vt cupidus ludi puer est timidusq; flagelli

Terminatiōes noīm q̄ per hāc regulā regūt gtm̄ generaliter cōtinent in
his duob⁹ uersib⁹,Iuus idus bilis ax arius orius tus & osus.Actiuę capta
genitū dant tor quoq; trix ens.In iuus,apprehēsiuus diffusiuus expulsiu⁹
incensiuus opitulatiuus.penetratiuus significatiuus,ut hæc herba est ex-
pulsiua ueneni sagittæ,significatiuū ueri.In idus,auidus cupidus pauid⁹
prouidus timidus,ut auidus pugnæ.pauidus mortis.timidus uirgarū.
In bilis.ut penetrabilis susceptibilis,actiue accepta,ut telum est penetrabi
le scuti,Tormentū siue bombarda est cuius libet scuti penetrabilis.Pene-
trabilis quādo passiue significat regit dtm̄.Sta.Nulli penetrabilis astro lu
cus erat.Ita etiā dicimus,uestis ioannis est adeo detrita ut omni uento sit
penetrabilis.In ax.audax capax edax ferax rapax sagax tenax.Tempus
edax rerū,tuq; inuidiosa senectus.Omnia destruitis,pueri sunt edaces fru
ctuum,terra ferax tritici,ioannes est tam fugax librorū q̄ canis uirgarū.
benignus ,nulli blandus,paucis familiaris,omnib⁹æquus. Iste potus erit saluber,insaluber,Gratus unomodo acceptus,angenem,ut literæ tuę fuerũt mihi gratissimæ. Alio modo gratus memor beneficij,danckbar.Gratitudo,danckbarkeyt.Ingratus non acceptus,uel nõ memor beneficij,Ingratitudo vndanckbarkeyt.Grauis ponderosus schvuer. & transumit pro molesto,& sic regit datiuũ,Iuuena.Iam grauis es nobis,& sæpe emũgeris, exi Ocius &,ꝓpera sicco uenit altera naso.Alio modo grauis,bene moratus,constans dapffer.ut uir grauis,ein dapffer mã.Leuis licht,leuis inconstans,Leuitas inconstantia,q̃ primã corripiunt.Cum uero leue primã syllabã ꝓductã habet,significat id q̃d tactu asperũ nõ est,ut leue marmor.Iuue. Vna senũ facies cũ uoce tremẽtia mẽbra.Et iam leue caput madidiq; infantia nasi.Frangẽdus misero gingiua panis inermi.A quo fit leuigo complano polio glichmachen ,In Gene.Facies tibi arcã de lignis leuigatis.Leuor est asperitati cõtrariũ,Sed lenis cum n fere idem significat quod leuis prima longa,i.q̃d tactu nullã asperitatẽ habet. Transfertur tamen ad animũ,& ꝑ modesto accipitur,Lenitas mãsuetudo suauitas,A q̃ fit uerbũ lenio q̃d ẽ mitigo placo mulceo Verba h⁹ regulę sunt ista officio noceo detraho inuideo piudico faueo cõmodo incõmodo seruio inseruio succurro subuenio gratulor obsequor opitulor auxilior medeor medicor suffragor refrag or patrocinor ꝓpitior iniurior adulor assentior blãdior obsum prosum.& oĩa cõposita a sum,& istis similia.Officio noceo. Sene.Semper iudicio fauor officit,Diuiti auaro multi inuident, quia auaritia odiosos efficit homĩ aũt liberali oẽs fauent,Liberalis largus mylte. Ab inuideo inuisus odio habitus,Bubo & nycticorax sunt cæteris auib⁹ inuisi.Alio modo inuisus non uisus,ut fœnix est nobis inuisus.& sic dicimus.Vale & me inuisum ama.i,quẽ nõ uidisti,Hieronymus. Paucorum culpa non pręiudicat religione. Præiudico est fere idem quod noceo Hora.Inseruit honori.Si non uis mihi suffragari,noli mihi refragari. Suffragor est uerbis iuuo,Refragor est uerbis noceo.Noceo etiã regit actm̃ In Iudith,Nunc; hominẽ nocui qui uoluit seruire regi Nabuchodonosor ,Sic etiam licet dicere,Nulli quicquam nocui

Istius regimen dabit acquisitio casus
Nobis est passus.qui nobis tartara fregit
Nobis surrexit,qui nobis cuncta creauit

Omne uerbũ põt regere dtm̃ ui acqsitiõis,In Isaia,Puer natus est nobis. In eodẽ.Oẽs isti cõgregati sunt & uenerũt tibi, Cecinimus uobis & saltastis.Persius.tibi ludit, Itẽ tibi res agitur. Terẽ,Si quid peccat filius mihi peccet,Si quid perdo mihi perdo. Hęc est regula per quam omne uerbũ põt regere datiuũ.quia nõ ẽ aliq̃d uerbũ quin importet acquisitionem , si

Vi acquisi.

ue significet utilitatē. Q d' sic ꝑbat. Si esset aliq̄d uerbū q̄d acquisitiue positū nō regeret dtm̄, uel hoc esset uerbū trāsitiuū, uel absolutū. Nō transitiuum, quia si esset aliq̄d uerbū trāsitiuū q̄d acquisitiue positū non regeret datiuū, maxime esset uerbū uehemētissime transitiōis, sed hoc regit dtm̄ ergo a minori omne uerbū trāsitiuū acquisitiue positum regit dtm̄. Probo anš, ut doceo tibi filiū tuum grāmaticā. Nō absolutum, quia si esset aliquod ꝟbū absolutū q̄d acquisitiue positū nō regeret datiuū, maxīe hoc esset absolutissimū uerbū sum, sed hoc regit datiuū, ergo omne uerbum absolutum acquisitiue positū regit datiuum, Nā si id q̄d min⁹ uidetᷣ inesse inest, & id q̄d magis uidetᷣ inesse inerit, Probo anš, ꝙ sum regit datiuū, ut quisqꝫ est sibi. Ita etiam dicimus sto mihi. non tibi, Quis es qui iudicas alienum seruum, suo enī domino stat aut cadit, Tartarus est ꝓfundissimus & pessim⁹ inferorū locus, in q̄ impij tormētis inenarrabilib⁹ cruciātᷣ

Verbo sæpe duos dabis acquirendo datiuos
Hæc mihi sunt lucro vobis sunt cætera damno
Acquisita notes. quibus acquisita videbis

Regētia duos datiuos. Quędā uerba regunt duos dtōs acquisitiue positos. Elegātiā habet oratio in qua uerbū regit duos dtōs, In primis sum & fore regunt duos dtōs In euan. Nō est tibi curę ꝙ soror mea relinquit me solā ministrare, Sit iste uobis exemplo. Teren. Nonne ego tibi exemplo satis sum. Quibus sua lana decori est, sit tibi consulatus iste sempiternæ laudi, scholasticus bene ꝓficiens est pręceptori suo honori, omnibus amicis ornamēto, sibi uero emolimento. Contra uero desidiosus auditor est pręceptori suo pudori, amicis dedecori, sibi uero ipsi damno & confusioni, Datur tibi uitio, laudi, glorię, da mihi mutuo, dono, cōmodato, pignori. Hęc uerba uenio curro prosilio do & mitto, duco puto æstimo regunt duos datiuos, ut veniā uobis auxilio, Prudenti⁹. Prosilit auxilio socijs pugnāqꝫ capessit. Mitto tibi hos loculos muneri. Valerius. Hiero rex auripondo ducenta urbi nostræ muneri misit. Ioannes hoc sibi magnæ uoluptati ducit, In sequentia sancti Stephani, Inter rotatus saxorum se tibi solatio manifestans. Posterior datiuus aliquando resoluitur in accusatiuū, uł adiectiuum, ut hęc sūt mihi damno, idest ad damnū uel damnosa, sunt mihi lucro, idest ad lucrū uel lucrosa

Sæpe resoluis in ab, huic visus visus ab illo

Dtūs resoluitᷣ in abla. Verbū qn̄qꝫ regit dtm̄ qui resoluitᷣ in ablatiuū, ut petrus non est mihi uis⁹ .i. nō est uisus a me. Huiusmodi datiuū regūt dictiōes significātes passiue. ut Paul⁹ dilect⁹ deo & hoīb⁹, petr⁹ uidetᷣ mihi prob⁹, vulgo dicitur. id ē dicitur a vulgo. Liber legitur mihi, est duplex sensus, quia datiuus

rectus a verbo passiuo etiã põt regi a verbo actiuo, qñ regit a verbo pas siuo resoluit in ablm̃.vt liber dat mihi.i.a me, Alter sensus est. Liber dat mihi, subaudi a petro vł paulo.& sic dt̃us nõ resoluit. vnde sic paralogiza tur.quicqd datur mihi dat a me.liber quē petrus dat mihi, dat mihi, ergo liber quē petrus dat mihi datur a me. Inuisus idē q̃d non visus regit dtm̃ in ablm̃ resolubilem, vñ homo ille est mihi inuisus, est duplex sensus. Vnº non est visus a me, siue non vidi hominē, Alter, habeo eum odio. Datiuº aliquãdo resoluitur in accusatiuũ & in prępositionē. vt asinus est natº one ribus ferēdis.i. ad onera ferenda. accingunt se.operi.i. ad opus. It clamor coelo.i.ad coelum. inferretq; deos latio.i.in latium italiam. In sequētia. Mit tens eos coelo regnaturos perpetim, coelo.i, ad coelum vel in coelum

His præceptiua quartis ve potes dare verba

Verba præcipiendi

Verba p̃cipiēdi mõ regũt dtm̃, mõ actm̃, mõ vtrũq;, ut hęc mãdo uobis. ut diligatis inuicē, q̃d p̃cepit tibi pater, cęsar imperauit uictis obsides, na ues pecuniã. Indico tibi bellũ, silentiũ. Ioannes indixit lr̃is bellũ. Verba p̃ cipiendi sũt p̃cipio iubeo mãdo impero ueto, phibeo indico ĩterdico, Hęc uerba, p actõ sępe hñt infinitiuũ, Salusti. Pater meus moriēs pręcepit mi hi populũ romanũ colere. Præcipere quãdoq; signi. docere, In ep̃la Pauli. Hæc pręcipe & exhortare. Vnde pręceptor magister. Quinti. Monendi sunt discipuli ut p̃ceptores suos diligãt. Differũt mãdare & pręcipere. qa mandare mitius significat q̃ p̃cipere. Mãdare beuelhen. Præcipere gebie ten. Quanq; interdico in iure pontificio regat datiuũ cũ actõ, in claris ta men auctoribus regit datiuũ cũ abltõ. Vnde dicemus. Episcopus interdi xit urbi sacris, interdixit nobis diuinis. Senatus interdixit Ioanni cultro aqua & igni. Senatus interdixit petro bonis suis Legitur tamen in Vale rio, Inter dixit ei cõuictũ hominũ, usumq; balnearũ, turmasq; equitum

Iunges quæ fari signant vel significare
Hęc tibi clarifico signo vel denoto scribo

Verba Loquendi Significãdi

Verba loquēdi aut significãdi regũt dtm̃ cũ actĩo, vt veritatē dico uobis, significauit deus q̃ oportet fieri cito. Alloquor affor & cõuenio cũ suo de cõposito recõuenio regũt actm̃. Vir. Reginam victrix affat voce supba Cõuenire aliquē interdũ est simpliciter alloq, interdũ alloq corã iudice. Vñ dicimº si me cõueneris ego te cõueniã. Dico etiã cõstruitur cũ his ab latiuis, uerbo, paucis, multis. ut dic uerbo quid est q̃d me uelis. Verba sig nificãdi, ut dr̃ in textu etiã regũt dtm̃ cũ actõ, qualia sunt annuncio renun cio scribo notũ facio significo manifesto refero intimo innuo, ut Annun cio uobis gaudium magnum. Renuncio tibi amicitiam. ich sag dir die fruntschaft uff Notum facio uobis euangelium

Erudio iubeo doceo simul instruo disco
Ac introduco debes couiungere quarto
Dum tamen acquiris decet hæc sociare datiuis

Quãuis uerba in textu posita regunt actm̃, tamẽ acquisitiue posita etiam regunt datiuũ. Rudis adiectiuũ uno modo significat grob. Alio modo signi. indoctus. Rudis substantiuũ erat uirga qua prętor tangebat caput serui manumittendi, & sic habet rude in ablt̃o. Hora, Donatũ iam rude. Sed rudis adiectiuũ (de q̃ nullus dubitat) habet rudi in ablatio, A quo uerbo Erudio. i. doceo. Erudio erudis erudit, corripit mediã. Ouidi. Hortaturq; sequi damnosas erudit artes. Idẽ Neue puellarũ lachrymis moueare caueto. Vt flerent oculos erudiere suos. A quo Eruditus. i. doctus. Literatus dicit̃ qui scit literas. i. grãmaticã. Eruditus qui scit philosophiam. Teren. Iube hunc abire aliquo. Idem. Iubeo te saluere. Iubeo te legere. Iubeo te bene sperare. i. habere bonam spem, hab ein gut hoffnũg, Tul. Eum bene sperare iussisti. Discere. von einem andern etwas lernẽ, & regit ablatiuum mediante prępositione. Vir, Disce puer uirtutem ex me uerũq; laborem, Disco etiã construitur cum infinitiuo siue cum ablatiuo subaudiendo infinitiuũ. ut Ioannes discit fidibus, subaudi canere, Dediscere verlernen oder vergessen. Plau. Haud probe facit qui quod didicit dediscit. Egrotando multa dedidici. Oportet mala dediscere. Miserescendũ est eorum qui magna mercede addiscunt dediscenda. Præceptor dedocet discipulos errorẽ, Sed discipuli dediscũt errorem. Instruo. idest pręparo. & sic regit accusatiuũ cũ ablatiuo. Cato. Si tibi sint nati. nec opes tunc artibus illos Instrue, Vir. Socios simul instruit armis. Quandoq; solum regit accusatiuum. Vir. Instruimus mensas arisq; reponimus ignem. Inuenit̃ etiã cũ duobus accusatiuis, & tunc significat docere. In libro psalmorũ. Viam iustificationum tuarũ instrue me. Instrumentum quo aliquid fit. Introduco regit quidem duos actõs, Sed alterũ cũ præpositiõe. ut introduxit me rex in cubiculum suum. Introduxit me in cellam. Cuius causa est, quia intro non ẽ prepositio, sed aduerbium, & ideo nõ facit uerbum in cõpositione regere accusatiuũ, unde dicimus. Intro eamus in templum. ego pulsaui fores ædiũ tuarum. sed nemo erat qui me intromitteret

Obuius atq; viam vio ve simul hei quoq; iungam

Hoc adiectiuũ nomẽ obuius. hoc uerbũ obuio, & hoc aduerbiũ obuiam & hæ duæ interiectiões ue & hei regũt datiuũ. Exempla sunt. Nemo uenit mihi obuius. nemo fuit mihi obuius. Pueri hebręorũ obuiauerũt dño Et obuiauit illi quasi mater honorificata. Ecce sponsus uenit exite obuiã ei. Nota q; peruius p̃uius & inuius etiã possunt regere datiuũ, ut hæc domus ẽ omni peruia uẽto. In sequẽtia. Soli deo peruia esse crederis. Peruiũ

da man durch gan kan. Hoc angiportū nō est peruium. Angiportum uł angiportus ein itege. Oui. Preuius aurore lucifer ortus erat, Preui⁹ idest precedens, ego pre .uius ibo. Inuius, i. sine uia. ut terra inuia. Vir. Regina inuia uiuis. Nihil est inuium uirtuti, Multa uerba cōposita cū ob regunt datiuū. ut obambulo obequito obloquor obmurmuro occurro. Sed ob eo obcāto oba rmo & multa alia uolunt accusatiuū. Vir. Nec gregib⁹ nocturnis obambulat, subaudi lupus. Obambulare vmgan, sed obequitare vmryten, ut princeps obequitauit urbi. Nota q aduerbiū descendens a nomine regente datiuum, etiā regit datiuū, ut ab obuius obuiam. a similis similiter. a cōueniens cōuenienter, Hora. Viuere naturæ conuenienter oportet Ve in sacris literis malū siue maledictionē denotat. Ve interiectio acuitur, & scribit cū æ diphthō. Sed ue coniūctio enclitica acuit syllabam precedentē, ut ioannes petrus ue. Heu quandoq iungitur ntō, ut heu dolor, heu pietas. heu prisca fides. Quādoq iungit actō. Teren. Heu me miserū tuū animū ex animo spectaui meo. Quandoq heu cōstruitur uerbo sine casu, ut heu nihil didici. Apud bonos auctores heu non inuenitur cū dtō, sed hei. Vir. Hei mihi qualis erat. Oui. Hei mihi quod domio nō licet ire tuo. Et ideo fortassis in libro psalmorū legendū est. Hei mihi qa incolatus meus prolongatus est.

Contigit accidit euenit & placet adde datiuo
Et libet atq licet liquet & vacat additur istis

Hæc octo impsonalia uerba regunt dtm. Addūtur plura impsonalia q etiam regūt datiuū. s. conducit constat conuenit dolet expedit fiat obtingit. Contigit ē preteriti tēporis. Contingit presentis. Hora. Quod satis est cui contingit nil amplius optat. Contingit quando est uerbum personale regit accusatiuū, In euāgelio. Da mihi portionē substantiæ quæ me contingit. Obtingit. i. contingit. Teren. Nescis quid mihi obtigerit. Euenit p̄sentis tēporis mediā corripit, quā in ptō pducit. Placet ne tibi, perplacet. quod uni placet displicet alteri. Libet, es lust, ut non libet mihi esse. sed potius bibere. estate libet hominibus bibere. hyeme comedere. Tullius. Peccare certe licet nemini. Licet habet licuit uel licitum est in ptō. sicut placet habet placuit uel placitū est In ptō. Licet etiam est cōiunctio aduersatiua. & significat idē q quāuis. Libet significat bonū delectabile. Licet bonū honestū. Liquet significat notū est. Vacat uacuū est uel ocium est. Ouidi. Non uacat exiguis rebus adesse ioui. Non uacat mihi audire mendacia tua, ich kan nit dinen lugen zuhoren. Si tibi uacat uenias ad me quæso. Vaco quādoq significat intēdo, & sic regit datiuū, ut cui rei uacas. Quādoq uacuus sum uel careo. sic regit ablatiuū. Cicero. Vacare culpa magnum ē solatium. Expedit. idest utile est. Conducit. i. utile est. Ipse nō constat sibi. idest non constans. Impsonalia

De regimi. Accusatiui

Accusatiui regimen subiungitur istis

Hęc duo aduerbia pridie & postridie regunt hos tres accusatiuos kalendas nonas idus. ut pridie kalendas decembres celebrabitur festum sancti Andreę. i. die ante kalendas decembres. i. ultima die nouēbris. Postridie. i. altero die post siue postero die.

Sæpe quod est partis toti datur & regit illam
Est ibi synodoche, quando faciem nigra dentes
Albet, nuda pedem. mulier redimita capillos

Nomē adiectm̄ uel v̄bū significās ꝓprietatē q̄ inest parti attribuitur toti & regit actm̄ q significat ptē. ut ethiops ē alb⁹ dētes. Actūs h⁹ regulę regitur a quadruplici dictiōe. Primo a noie adiectiuo, ut niger faciē est pilos⁹ collū, hirsutus supciliū. durus caput, saucius inguinē. similis faciem. similis colorē. Vir. Omnia mercurio similis faciēq; colorēq;. Et flauos crines & mēbra decora iuuētę. Secundo a uerbo neutrali, ut doleo caput, doleo uētrē, caleo manus, frigeo pedes. Tertio a uerbo passiuo. ut iste cedet̄ caput truncabit̄ caput. excidetur testes. Quarto a participijs prędictorū uerborū. Luca. Effusas laniata comas cōfusaq; pectus. Vir. Redimitus tpa lauro. In epl'a. State ergo succinti lumbos. calceati pedes. Circūdatus corp⁹ arthemisia, quā Macer in libro de uiribus herbarū in capite ponens, multis extollit laudibus. Synecdoche (ut dicit Ioannes Tortel) prima syllaba cum y græco, sequens cum c exili ante d. ultima cū ch aspirato scribitur, dici potest latine cōceptio. A Cicerone uero in dignitatibus dicit̄ intellectio. Alexander uero & Ebrardus corrupto uocabulo legūt synodoche ut patet in textu. Duplex est synecdoche. s. locutionis & constructiōis, hic loquitur de synecdoche constructionis, quia in actō sępius poetę q̄ oratores utuntur. Vnde ꝓ his orationibus caleo manus, frigeo pedes. dicemus manus calent mihi, pedes frigent pro doleo caput. doleo capite. Synecdoche uero locutiōis fit, quādo totū ponit̄ ꝓ parte uel ecōuerso, quādo numerus singularis ponit̄ ꝓ plurali uel ecōuerso, q̄n genus ponitur ꝓ specie uel econuerso. Exemplū ubi totū ponit̄ ꝓ pte ut dico. uideo zvuollis. si uideo cacumen turris templi zvuollensis. Aliud exemplū, Diuus Rumoldus quiescit Mahliniæ. i. ossa sancti Rumoldi. Exemplū ubi ecōuerso ps ponitur ꝓ toto, ut octo animę intrauerūt arcam Noe. i. octo hoīes. Christus iacuit trib⁹ dieb⁹ in sepulchro. Exemplū in quo numer⁹ singularis ponitur ꝓ plurali, Vir. Vterūq; armato milite complent. i. armatis militib⁹ Idem. Hostis habet muros. i. hostes habēt muros. Poetæ sępissime ponūt numerū singularē ꝓ plurali, Exemplum ubi econuerso numerus pluralis ponitur pro singulari. In euangelio Matthæi. Id ipsum & latrones impro

perabant ei.i.unus latronū ad sinistrā (ut aiunt) pēdens. Sic etiam uos ꝓ tu & nos ꝓ ego. Ubi notandū. solent nōnunq̃ etiā clari auctores ut arrogātiam deuitent. numerū pluralē ponere pro singulari. Exemplū quando genus ponitur ꝓ specie, ut mortales pro hominibus. Salusti. Maiores nostri religiosissimi mortales. Exemplū ubi econuerso species ponitur pro genere. ut uox pro sono, ut uox tonitrui tui. Item. Tanq̃ uocem aquarū multarum. i. sonum. Vir. Fractasq̃ ad littora uoces

Multotiens verbum fert significata duorum
Voce gerundiui solet vnum significari
Accusatiuos hoc verbum dat tibi binos
Dum manet actiuum, sed & alter habetur eorum
Qui si iungatur passiuo non variatur
Infinitiui natura modi sociatur
Impersonalis tamen hinc modus excipiatur
Hinc datur exemplum triplex tibi, dico magistrū
Discipulos mores placidos de iure docere
Infinitiui natura regit præeuntem
Doctrinam capiens regitur vi transitionis
Hocq̃ gerundiuū tradendo dic ibi clausum
Cuius vi regitur casus qui non variatur
Dum per passiui vocem volo dicta resolui

Hęc regula non intelligitur de uerbis æquiuocis, ut sunt ago cedo colo lego pango. & similia. Sed de illis q̄rꝫ significatio ē adeo confusa ut uno actō determinari nō possit, qualia sunt doceo exuo induo rogo &c, q̄ uocant̄ uehemētissimę trāsitiōis. Vñ uerbū uehemētissimę trāsitionis est q̄d in actiua uoce per se pōt regere duos actōs ad diuersa pertinentes ex ui transitionis. ut doceo te grammaticā, rogo te ueniā, ich bit von dir vrlob, Et ideo dare & accipere nō sunt uerba uehemētissimę transitionis, q̄uis regant duos actōs, quia illi accusatiui nō pertinēt ad diuersa, uel quia inter eos pōt intelligi ꝑpositio in, Clari auctores non utunt̄ quod sciā hoc aduerbio multotiens, hoc nomē gerundiū in obliquis, quia ultimā ꝓducit, non ponitur in uersu heroico, eo q̄ habet syllabā breuē inter duas longas, ergo Alexan. ubiq̃ ponit gerundiuū ꝓ gerundiū. Infinitiui natura, Omnis infinitiuꝰ uerbi personalis pōt regere actm̄ ante se. ut cupio te discere. licet te bibere, audio uirgilium legere. Infinitiuus non habet actm̄ De infiniti.

añ se, ut cupio te discere, licet te bibere, audio uirgiliũ legere, Infinitiuꝰ nõ hẽt accusatiuũ ante se, ut qñ pponũtur ei illa uerba personalia ,pheretica quę Alex. enumerat ibi. Verbaq; sunt debet iubet audet uultq; potestq; ut iube dñe benedicere, nõ audeo dicere. nequeo facere. Infinitiuus uerbi impsonalis nõ regit accusatiuũ ante se, ut reor interesse tua, puto nõ licere tibi qđ licet nemini. Tulli. Nõ potest iucunde uiui nisi cũ uirtute uiuatur Qñ infinitiuus accipit ,p ptõ impfecto indicatiui modi, tũc nõ supponit sibi accusatiuũ, sed nominatiuũ, sicut uerbũ indicatiui modi ,p quo ponit. Vir. Tum pius æneas humeris abscindere uestem. i. abscindebat, sicut supra diximus. Vult intransitio. Nota, oĩs actũs qui regit ab infinitiuo a pte anteriori potest resolui in ntm̃, quãdo uerbũ infinitũ fit finitũ, ut oportet te discere. i. ut tu discas. qđ uis me facere. i. ut ego faciã, Cũ dicit in textu Hinc dat exemplũ triplex tibi, sic intelligit. i. datur exẽplũ in quo unũ ṽbũ regit tres actõs. s. unũ a parte anteriori, & duos a parte posteriori. Discipulus a discendo est dictus. Qui ergo non discit nõ est discipulus, sed potius desidiosus auditor dicendus. Omnis oratio actiua potest mutari in passiuam, dũmodo ad hoc nõ desit uerbũ passiuũ. ,ppriũ eñ actiõis(ut habet in pdicamẽtis) est ex se inferre passionem.

Accusatiuis data per vim transitionis
Si vox concordat. actiua frequenter habebis

Verba trãsitiua regũt accusatiuũ.

Verba transitiua freqũter regunt actm̃, nt amo deũ, diligo te. Regula sic intelligit. Verbũ transitiuũ transitiue positũ regit post se accusatiuum in quem transit actus uerbi uel aliquid loco accusatiui positũ. Verbũ transitiuũ est qđ ad faciendã perfectã sentẽtiã indiget obliquo casu, ut amo diligo lego uideo, Verbũ absolutũ est qđ facit perfectã sententiã sine obliqͦ. ut sto sedeo iaceo. Transitiuũ eo q; syllabã breuẽ habet inter duas lõgas nõ potest poni in uersu heroico qui legitime duobus cõficit pedibꝰ. s. dactylo & spondeo. Et ideo in textu potest accipi actiua ,p transitiua. Quadruplicia uerba regunt actm̃ per hãc regulã. Primo uerba actiui gñis. ut lego uideo. Secũdo uerba neutra transitiua. ut aro cibo comedo, ut arotus. i. frustra laboro. Tertio uerba deponentia transitiua, ut emulor imitor sequor ulciscor. Teren. Est ubi uos ulciscar locus, sequere me. Quarto uerba cõmunia actiue sumpta, ut osculor te. quis moratur te, ueneror deum. Omnia uerba cõmunia actiue sumpta regũt actm̃ per hanc regulã. Illudo & obumbro mõ regunt datiuũ, Vir. Certantq; illudere capto In euange. Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Modo regunt actm̃. Virgi. Verbis uirtutẽ illude superbis, Legit etiã in euã, obumbrabit te, Inter ṽba rogãdi supplico regit dtm̃. Notãdũ sicut habet in cõmentarijs doctissimi grãmatici Ioannis synthen, aliqua ṽba ,p diuersis significatis nũc sũt transitiua nũc absoluta, Qui ponit hęc uerba, sudo stillo fluo mano maneo moror pluo poto coeo obeo inundo, q̃ cũ exẽplis declarat. Quãdo

amo significat ualde diligo regit accusatiuum.ut petre amas me, Vir.Pollio amat nostrā quāuis sit rustica musam.Quādoq significat amicitiā hab eo,buhlen,& tūc est absolutum.Terē.Oēs qui amāt dari sibi uxores grauiter ferunt,Idē.Meū gnatū rumor est amare Durare quādoq significat durū esse uel permanere,& tūc ē absolutū,ut hoc lignū durat multis annis Vir.Durate & uosmet rebus seruate secundis.Quādoq signi.durū facere,& sic ē transitiuū.& regit actm,ut sol durat limū,lutū.Hęc clausula.Si uox cōcordat.dupliciter pōt exponi,uno modo si uox cōcordat.i. si tale uerbū significat actū transeuntē in alterū,Alio modo, si uox concordat subaudi cū significatiōe,quia qn uerbū trāsitiuū nō signi.actū transeuntē in alterū,sed ponit absolute,tūc nō regit accusatiuū.ut in euā .Ceci uidēt & surdi audiūt,Qn etiā uox nō cōcordat cū significato,ut quādo uerbū actiuū accipitur passiue,tūc etiā nō regit accusatiuū,sed potius habet regimen uerbi passiui,ut in Vir.Nox humida cœlo precipitat,i.pcipitatur. Ita etiā in Vir.Lauet in balneo.i.lauetur hirci tondent,i.tōdentur, Alexā Dum perdit tēpus,dū cōparat.i.dū cōparatur

Verbo composito casum quandoq locabis
Quem dat componens.ut vis exire penates

Verba sępe regunt accusatiuū uel ablatiuū uirtute ppōnis cōpositę.Accusatiuū regūt adeo adorior aggredior alloqr affor accedo circūsto circūcisto circūeo circūuolo pcurro pambulo pererro peragro plabor ptereo pterfluo transeo transgredior trāsilio.Aliqua duos regūt actōs, ut traduco transfero traijcio.Vir,Adit oppida pastor,Idē Talibus aggredit uenerē saturnia dictis.Terē.Adortus ē fratrē iurgio.i.lite.hoc est litigauit, Accedo ioannē uel ad ioannē indifferēter est dicēdū Vir. Arguto tenues percurrit pectine telas, Tela est pannus qui texitur.siue sit laneus siue lineus.Argut⁹.subtilis.Idē.Siluas saltusq peragrat.Peragrare significat p transire perambulare.Ioannes peragrat oppidum.Perlabi undas, Multi angeli circūstant deum,satellites circūstāt principem.Circuiui cœmiterium.Cœmiterium gręcū nomē,latine dicitur dormitorium,in eo namq dormiunt corpora christianorum.Virgilius,Sed nox atra caput tristi circumuolat umbra.Terentius.Dum hęc puto pręterij imprudens uillam. Ioannes pręteriuit domū nostram.Cęsar in commentarijs.Cæsar omnē equitatum funditoresq & sagittarios ponte mtraduxit Traducere teu. vberfuren, Equitatus est exercitus equitum.Peditatus exercitus peditū Pedites ein fuszknecht.Equites.die reysigen.Plautus,Copias omnes isaram traieci.Traijcere uberschyffen oder ubervuerffen. ut hanc pilam uolo traijcere templum. Traiectus tus.tui.ein fuor do man vber schifft Allatro Martialis cū accusatiuo cōstruit, Allatres licetusq nos & usq idest semper, Quod etiā Rodolphus agricola in traductione parenesis

Ex ui ptis cōponētis

Isocratis cū datiuo construit, Illi em̄ danti sicut temere occurrenti allatrāt Cōmouere bevuegen oder erzurnen. & regit actm̄. Iuue. Illa maritū commouit. Similiter conserere. beseyen, Quædā uerba regunt ablatiuū rōne prepositionis. ut abeo doceo decido descēdo discedo emitto egredior. Plaut⁹, Quid istud est negocij, q̄d tam subito abeas domo. Decidit equo tecto tabulato, Hora. Descende de cœlo, & dic age tibia. Christus nostra causa descendit cœlo. Idem. Viuere si recte nescis discede peritis. Virgi, Carmina uel cœlo possunt deducere lunam. Oui. Egrediturq; domo. Vir. Portaq; emissus eburna, Exire sepi⁹ inuenitur cum ablatiuo, Virgi Quāuis multa meis exiret victima septis, Ouidi. Et rogat ut tectis exeat umbra suis, Plautus, Presagiebat mihi animus frustra me exire, cū exibā domo. Q nq; tn̄ cū actō legit. vt apud Statiū. Cāpū exire uetat. Oui. Cū pigeat tentasse libet tētare modū exit. Penates dicebāt a gentib⁹ dij domestici, q̄si penes nos nati. Signi. etiā domū, ut vis exire penates. i. domū

Pœnitet & tedet miseret piget & pudet ista
Accusatiuis iunguntur cum genitiuis
Natura primum, sed transitione secundum

Impsonalia quædam Hęc impsonalia uerba regūt actm̄ cum gtō. Pœnitet. es ruvuet mich. Virgi. Stant & oues circū nostri nec pœnitet illas. Idem. Nec te pœniteat pecoris diuine poeta. In exodo. Pertesum est populū itineris & laboris. Terētius. Miseret me tui. Plau. Aliorū te miseret, tui te nec miseret nec pudet, misereat uos mei, Neminē miseret mei. nieman erbarmt sich min. Terē. Te nūc inopis miseret mei. Piget. i. tedet. ut piget me laboris, non te pigeat laboris per quē honorē & emolimentū es consecuturus. Ponitur etiam pro pertinet, ut apud Plautū. Amico si benefeceris, non te pigeat fecisse, pœniteat te facinoris. Teren. Non te horū pudet, non te pudet mendacij. Quandoq; ponit infinitiu⁹ p gtō, ut pœnitet me fecisse, dixisse. In Genesi Pœnitet me fecisse hominē. Miseret impsonale, ut dicit in textu regit accusatiuū cum gtō, Misereor secūdę coniu. regit gtm̄ siue datiuū, ut dictū est in fine regiminis gtī. Sed miseror deponēs primę cōiuga, regit accusatiuum, In sequentia. Miserans pręcepti transgressorem

Accusansq; modo damnansve locatur eodem
Arguo te sceleris accuso te leuitatis

Verba accusandi uel damnandi. Verba accusandi & damnādi regunt actm̄ cū gtō. Hiero. Qui alterum mendacij criminaris desinas ipse mentiri. Plau. Qui alterū incusat probri seipsum intueri oportet. Incusare. reprehendere. Probrū significat peccatum uel dedecus. Terē. Si herum insimulabis auariciæ malū audies. Fran

ciscus Philel. in satyra. Se uitij damnat uitiū qui laudibus effert. der ist ein schalck der schalckheit lobt, Ago pro accuso arcesso & postulo regunt hic accusatiuū cum gtō, Item conuinco purgo insimulo damno laudo, & miror ꝓ laudo regunt hic actm̄ cū gtō. Exempla, agam te furti. Suetonius Cęsar Corneliū dolobellam repetundarū postulauit, conuincā te menda cij, cōuincā te amentię. In euange. Et laudauit dn̄s uillicū iniquitatis, Hu iusmodi orationes inueniūtur multæ in iure pontificio & legibus. Quan doq; hæc uerba ꝓ gtō habent ablatiuū, Cicero. Eodem te crimine condē nabo. Claudianus. Hoc facinus refugo dam nauit sole mycenas. In sacris literis, Morte turpissima condēnemus eum. Passiua istorū uerborum re gunt solum genitiuū uel ablm̄, ut cuius criminis accuser ignoro, Agitur lesæ maiestatis, Conuictus est noxę. Damnatus est furti uel furto, dam natus est suspendij, hoc est ut suspendatur. Quandoq; addit̄ ꝑpositio, ut dānat⁹ est de ui, quia fecit uim, Arguo & argumentor sic differūt. arguo est transitiuū, argumentor absolutum, Vnde dicēt auditores nostri in di sputatione. Dilecte condiscipule sic argumentaris. Honorande prçceptor sic argumentaris, & nō arguis,

Verbaq; sumpta foris christi bonus ardet amorē

Verba absoluta ꝓ trāsitiuis qn̄q; regunt actm̄, ut pius homo ardet amo rē christi. i. ardenter amat, Vir. Formosum pa stor coridon ardebat ale xim Delitias domini. In ꝓpheta. Nubes pluant iustum, i. demittant. Exulta bit lingua mea iusticiā tuā. i. exultando pronūciabit. Vir. Nec vox homi nē sonat. i. sonādo repn̄tat. Idē. Duo quisq; alpina coruscat lesa manu, Iesum est tælū gallicū, Ibi coruscare accipit ꝓ mouere. cum ꝓprie signi ficet micare, gladius coruscus. ein glytzent schvuert. Boetius. Siluas dul ci uoce susurrat. i. susurrando replet. Verba absoluta transumūtur ꝓ trā sitiuis per euphonismū, unde Alexan. in quarta pte. Euphonism⁹ erit ꝓ ṽ bo sumere uerbū. Exultat dn̄i laudē mea lingua superni. Vn̄ huiusmodi orones sūt magis poeticę, Accipiat̄ in exēplo text⁹ ardet ꝓ desiderat

Verba absoluta

Quæ sine personis sunt atq; gerundia iungis
Si tamen a verbo quod transeat illa creabis
Mattheum legitur psalmos erit ante legendum

Verba impsonalia passiuę uocis, & gerundia a uerbis transitiuis facta re gunt actm̄, ut in exemplo textus, docetur grāmaticā. est tēpus audiendi missam. Vir. Quis talia fando temperet a lachrymis. Verba impsonalia passiuę uocis & gerundia & supina regunt eundē casum post se quē ṽba de quibus formātur, vt sicut dicit̄, parco tibi. ita etiā dicit̄ parcit̄ tibi, par cendū tibi. Iuue. Parcēdū est teneris nondū impleuere medullas. Sicut di cimus, dico tibi ueritatē. ita etiā, dicit̄ tibi veritatē. dicēdum tibi ueritatē

Impsonalia & gerūdia.

ita etiã, dicitur tibi ueritatẽ. Raro tamẽ inuenimus ista impersonalia cum accusatiuo. nisi ueniant a uerbis uehemẽtissime transitiõis

Postulo posco peto doceo rogo flagito celo
Exuo cum vestit monet induo calceo cingo
Accusatiuos geminos hæc verba requirunt
Hunc dant passiua quem verba volunt ibi clausa
Seu quem vis verbi sibi postulat associari
Vi verbi regitur qui passiuis sociatur

Verba in textu posita regũt duos actõs ad diuersa pertinẽtes, quorũ passiua regunt unũ acusatiuũ, qbus addũtur hęc uerba defraudo expolio instruo interrogo magistro obsecro oro precor, q etiã iueniũtur regere duos accusatiuos. Postulo. i. iusta rogo, In libris regum. Dedit mihi domin⁹ petitionẽ quã postulaui eum, Q ñq; hẽt solũ unũ accusatiuũ, ut postulaui patrẽ meũ, Postulo etiã regit actm cũ gtõ, sicut pdictũ est. Accusãsq; mõ. Poscere bittẽ. Vir. Tu modo posce deos ueniã. Exemplũ ubi peto (qd est rarũ inuẽtu. regit duos actõs, In euã. Si quid petieritis patrẽ in noĩe meo dabit uobis. Item Si filius petierit patrẽ suũ ouum, nũquid dabit ei scorpionem, In alijs tamen auctoribus peto cum significat desidero, rogo regit unum accusatiuũ cũ ablatiuo. Cice. A te peto ut honoris mei causa eũ expedias. Quãdoq; significat accedo, & sic regit unũ accusatiuũ, ut Ioãnes petiuit romã, patriã, Etiã significat persequi, & regit tunc accusatiuũ cũ ablatiuo instrumenti, Vir. Malo me galathea petit lasciua puella. Prudenti⁹ Saxo petit. increpat ore. In libro psalmorũ. Docebo iniquos uiã iustificationum tuarũ. Quandoq; pro secũdo accusatiuo habet infinitiuum, ut quis docuit te cantare. Martialis, Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo inquis. Idem. Si pro me spondet agellus habes, Ioãnes rogauit me pecuniã mutuo. Flagito significat ualde rogo, quid te ioannes flagitat, Celo occulto regit duos actõs. Teren. Nescio profecto quod magnũ malũ me celauit, Ioannes celauit me omnẽ rem. Quandoq; pro altero actõ ponitur abltũs cũ ppositione. Tullius. Sed bassus noster de hoc me libro celauit Celo significat interdũ sculpo, vszgraben. & sic regit unũ actm cũ abltõ. Vir. Quę bonus euricion multo celauerat auro. Exuere generaliter significat auferre uel spoliare. In euã. Exuẽtes eũ chlamydẽ, dr etiã chlamyde. Omnib⁹ bonis exutus sum. In ecclesiestico. Induet eũ dñs coronã glę. In epl'a Pauli. Induite uos armaturã dei. In actib⁹ aplorũ. Calcea te caligas tuas. Caliga, pprie, ein hose. Vestio te tunica. Sed, p secũdo actõ usitatius regit ablm, Moneo regit duos actõs, ut quid monuit te ioannes, Sed admoneo regit actm cũ gtõ. Mapheus. Sat mihi sit tãti uos admonuisse pericli.

Oportet uos honestatis admoneā, ich musz euch der erberkeit vermanē

Cōmonefacias me, verman mich. Exempla in quibus passiua prędictorū uerborū regūt actm̄. In epistola pauli. Induimini dn̄m iesum christū Martialis. Nescit cui dederit tiriā. Crispinus abollā. Dum mutat cult⁹ induiturq; togā. Sequūtur exempla de uerbis q̄ addūtur, In euā. Si quid ali quē defraudaui reddo quadruplū, ibi defraudo regit duos actōs ad diuersa pertinētes. In sacris literis. Expoliātes uos ueterem hominē cū actibus suis. In libro psalmorū, Viam iustificationū tuarum instrue me, In euange. Interrogabo & ego uos unū sermonē, Alia cōposita a rogo non regūt duos actōs. A magister magistro uerbū deducit, q̄d (ut dicit Fest⁹ Pōpe.) significat rego tēpero, Sed Cato in distichis ponit pro doceo, & cōstruit cū duob⁹ actis, Inuenies aliquid qd' te uitare magistro. Terē. Hāc fidē mulier me obsecrauit. Vir. multa iouē manib⁹ supplex orasse supīs. Dicit hoc unū te oro. Luca, Dux etiā uotis hoc te fortuna precatur.

Ornatus verbum spatijq; morę q; gubernant

Accusatiuos vocum quæ talia signant

Te vesti tunicam, iam pergis millia septem

Hic ponūtur tres regulæ, quarū prima est uerbū significans ornatū regit actm̄. ut uesti te tunicā, Verba uestiendi uel ornādi p̄ secundo accusatiuo sæpius habent ablatiuū. Vir. Tum mihi prima genas uestibat flore iuuentę. Idem Ore fauete omnes & cingite tēpora ramis. Stola glorię induit eū Salomon totū tēplum uestiuit auro. Vestire significat ornare. Secunda regula Spacijq; morę q; legendū est geminandoq;, quia mora primā corripit. Verbū significans ambulare uel spatiari regit actm̄. Martia. Te tamen ut uideā duo millia nō piget ire. Ut te nō uideam quattuor ire piget Cum dicitur iui duo millia, subaudit genitiuus passuum. Nam romani distinguunt terram per mille passus. Passus est extensio pedum. & continet quinq; pedes. ein schryt. & sic esset scribendū millia cū l geminato Vel pōt dici milia per syncopē, p̄ milliaria, & eo q̄ habet syllabam breuem inter duas longas, non potest poni in uersu heroico, & sic scriberet cum l simplici. Mila milæ, ein myle, sed in usu multorū est milliare uł milliarium in neutro genere, Exemplum regulę in actibus apostolorum Et exeuntes processerunt uicū unum Pergere est procedere in quacunq; re. Pergite ut facitis adolescentuli, & in id in quo estis incumbite. Teren. Si pergis abiero, i. si non cessas. Spatium est locus, Inde uenit spatior. eo Spaciosus. amplus latus. Item spacium etiam ponitur pro tempore Iuuenalis. Da spatium uitę. multos da iuppiter annos, Accusatiuus huius secundæ regulæ potest mutari in ablatiuum, ut dicitur ibi. Verbū materiam causā spaciū, ut zvollis abest a dauētria iter uel itinere octo horarū Distantiā exprimim⁹ per passus per stadia, per milas siue miliaria. per iti

Significans ornatum.

Significans tempus

nera per nauigationes horarũ uel dierũ, Vir. Tris pateat cœli spaciũ non amplius vlnas. Ibi pateo regit actm̃ distãtię per hãc regulã. Tertia regula Oĩe verbũ regit actm̃ vel ablt̃m tẽporis. Teren. Annos sexaginta nat⁹ es plus eo. ut cõftio. Idẽ Ibi totũ desedi diẽ. Desidere ẽ ociose sedere. Deses .i. piger. Desidia. i. pigritia. Vir. Vna cũ gẽte tot ãnos bella gero. Mora ꝓ prie est expectatio. Per hãc regulã oĩa verba siue actiua, siue passiua, siue neutra, siue trãsitiua, siue absoluta regũt actm̃ significãtẽ tẽpus ꝗdiu. Vir. ĩ vi. Noctes atqꝫ dies patet atri ianua ditis Petr⁹ stetit noctes & dies, In euã. Adhuc modicũ vobiscũ sũ. i, modicũ tps vł tẽporis. Itẽ. Adhuc modicũ lumẽ est in vobis, quę clausula sic exponiť. lumẽ. i. fili⁹ dei est in vobis, i. inter vos. qa in ꝓ inter sępe regit abltm̃. modicũ subaudi tẽpus. & nõ modicũ lumẽ. i. modicũ fidei siue cõstãtię, & sic modicũ ẽ ibi accusatiui cas⁹, nõ nťi. Actũs huius tertię regulę potest (manente eadẽ sententia) mutari in ablm̃, quia ad hoc q̃sitiuũ ꝗdiu indifferẽter respõdeť actũs uel ablatiu⁹. Nõ est tamẽ dicendũ, Ioannes commodauit mihi librũ tribus diebus uel tres dies, quia sensus esset, Ioannes trib⁹ diebus dixit ego cõmodo tibi librũ, q̃d ẽ absurdũ, sed ẽ dicẽdũ, Ioannes cõmodauit mihi librꝫ ĩ tres dies.

Sæpe regente caret vitę modus idqꝫ probato
Vir bone viue deum. sic viues secula cuncta

Verba uiuendi

Verbũ pertinens ad actũ uiuendi quãdoqꝫ habet actm̃ pro aduerbio Boeti. Qui segnis ac stupidus torpet asinũ uiuit. i. instar asini. Iuue. Qui curios simulant & bacchanalia uiuunt. Indocti primo. curius fuit uir Romanus nobilis ac probus auri contemptor. & paruo contentus. Bacchanalia sunt festa bacchi. Bacchari clamare. ut solent ebrij. Vir. Salue ęternũ mihi maxime palla. Aeternũqꝫ uale, uale longum. i. diu. Vir. Et longũ formose uale, uale inquit iolla. Quanqꝫ ęternũ & longũ accusatiui possint regi per tertiã regulã prędictã. Moręqꝫ. Viuas ęternũ. i, ęternaliter. Viue deum. i. diuine pie. Viue deo, i. ad honorẽ dei, & sic deo est datiui casus, uel uiue deo. i. per gratiã dei, & tunc deo est ablatiui casus, Mea sententia rectius diceretur pie uiuere ꝗ deifice uiuere, quia nomina in fex & in ficus ꝓ facio exponũtur, Vir. Nec uox hominẽ sonat, Sapio & oleo uidenť per hanc regulã regere actm̃, ꝓportionabilẽ suæ significationi. Sapio regit accusatiuũ illius, cuius saporem res potest habere. & oleo regit accusatiuũ illius cuius odorem res potest habere, Esopus. Hęc sapit esca fauum. Carnes sapiũt sal, adustionẽ, piper alliũ, Cereuisia sapit uas, das bier schmakt von dem vas, Verba tua sapiunt stulticiam. In quadragesima oĩs cib⁹ olet oleũ. Cibus olet adustionẽ. Orationes demosthenis olent lucernam. Hora. Pastillos rufillus olet gorgonius hircum

Bacchanari

His obliuiscor iunges meminiqꝫ recordor

Addūtur uerba in textu posita q̄ regunt actm̄, In libro psalmorū. Cōuertantur in inferno pctōres oēs gētes qui obliuiscūtur deū. Vir. Numeros memini si uerba tenerē. ich kan die vuisz vnd nit die vuort, Idem & hæc olim meminisse iuuabit. Idē Maxim⁹ vnde pater si rite audita recordor, Addūtur memoror reminiscor & recolo q̄ etiā regunt accusatiuū, In sacris litteris, Memorare nouissima tua & in ęternum non peccabis. Virgi. Dulces reminiscitur argos, Item recolimus memoriā passionis eius, Prædicta uerba etiā regūt gtm̄. ut supra dictū est ibi. Additur oblitus.

His iunges iuuat atq̄ decet delectat oportet

Hęc quattuor impsonalia uerba regūt actm̄, Iuuat impsonale significat placet, teu es gelust mich. oder gefelt mir, ut iuuat me q̄ uigent studia, tā iuuat me studere q̄ cibus, Iuuat etiā iungit̄ infinitiuo. Vir. Nec uidisse semel satis est iuuat usq̄ morari. Oui. Plus iuuat adducto pomū decerpere ramo, Quā de celata sumere lance manu, Terē. Facis ut te decet. Plautus Decet uerecundū esse adolescentē, Quicquid nō est turpe sed decorum hoc decet, sed q̄d turpe ē hoc dedecet. Non decet te hoc facere. i. turpe est Dedecet. i. turpe. heszlich. Decens pulcher. ut decēs facies. i. pulchra facies. Dicitur etiam delecto personaliter, & etiā regit accusatiuum Cicero. Me quoq̄ delectat consiliū. Quis potus te magis delectat. Plurimū me delectauit epistola tua. Cuius passiuū est delector. Non delector hoc cibo. Oportet semper iungitur infinitiuo, & ab illo magis regitur actūs. ut Oportuit christū pati, Quattuor alia his adduntur. s. fallit fugit latet p̄terit, q̄ cum actō idē significant, ut Non te latet. i. scis. Non me fallit. idest bene scio. Non te fugiat. i. scias, Præterit me. i. nescio.

Oq̄ sibi quartum solet heu quoq̄ iūgere casum

O & heu triplici iungunt̄ casui. Primo ntō, Vir. O fortunati quorū nunc mœnia surgunt. Idē, Heu pietas heu prisca fides inuictaq̄ bello, dextra. Secundo iungunt̄ vtō. Vir. O coridon coridon q̄ te dementia cœpit. Sta. Heu socij millene manus nulla arma ualebunt. Plini. Heu dementia allatoris aduētus semp est gratus. Tertio iunguntur accusatiuo, Vir. O fortunatos nimiū sua si bona norint Agricolas. Fran. philel. O fallaces mūdi blandicias quibus per uarios agitamur errores, Vir. Heu stirpē inuisam Teren. Heu me miserū. O secundū quosdam non est aduerbium uocādi, sed interiectio. Græci habent duo o, s. o micron & o mega. Omicron id est o paruū quod est rotundum. O mega. i, o magnum quod est ultima literarū apud gręcos, & non est rotundum, Vnde in Apocalip. Ego sum alpha & o. i. principium & finis. Proh & hem etiam iūguntur nominatio & accusatiuo. ut Proh dolor. Proh pudor, Proh nefas. Teren. Proh deum atq̄ hominum fidem. Idem. Hem astutias.

Adde per & similes per vicos itur ad urbes

Triginta p̄positiōibus a Donato positis addit̄ uersus q̄ fere semꝑ postpō nitur actō,ut iuit romā uersus,quorsum uadis,scholam uersus.portā uersus:Pridie & postridie cōstruūtur quidem cū accusatiuo sed sunt aduerbia.Retro aduerbiū ē,nō p̄positio,& nō cōstruit̄ cum actō.sed clari auctores ꝓ retro ponūt post,sed si inuenit̄ cū actō sicut & quędā alia aduerbia, ut subt⁹ foris foras.Dicam⁹ aduerbia ꝓ p̄positiōib⁹ esse posita,eo ꝙ aduerbia & p̄positiōes habēt adinuicē magnā similitudinē,Multa habētur de his triginta p̄positiōib⁹ notatu digna in cōmētarijs literatissimi uiri Ioannis Synthen,Ad cōstruit̄ qn̄q; cū uerbo quietis.ut Curio ad focū sedēti legati samnitū attulerūt magnū pōdus auri.Ioannes sedet ad mensam, ad ignē,Apud cū d scribit̄,& solū cū uerbo quietis cōstruit̄,ut apud dominū ē misericordia.Ante & post uidētur interdū construi cū ablto, ut paulo ante,lōgo post.Aduersus nomē regit datiuū.Terē.Aduers⁹ nemini.Aduersor uerbū etiā regit dtm̄.Cis sig.idē ꝙ circa,& cōstruit̄ cū actō ꝓprij nōis,ut cis iselā citra est zvuollis.Cis alpes,by den bergē. Citra & vltra signi.contrariū,Ioannes percussus ē citra meritū.i.minus q̄ꝫ meruit Contra in malā,Erga in bonā partē accipitur,ut contra hostes,erga propinquos,Noui animū erga me tuū,ich vueisz vuol din gemut gegē mir Econtra interdū signi.e regione,e cōspectu,ex opposito,& sic accipitur ī euangelio,Ite in castellū quod econtra uos est,das gegen euch ist.Contra quādoq; est aduerbiū.Vir,Vos cōtra regi mea nūc mandata referte.Infra nō iungit̄ actō loci,sed intra,& ideo nō satis latine dicitur,si uenerit infra hebdomadā,infra octauas paschę,quanq; omniū sacerdotium libri sic habeant,Sed est dicēdū intra hebdomadā,intra occiduum,intra mensem reddam,Iuxta si cōstruatur cū dtō fit aduerbiū.Salusti. Iuxta suę ac hostium uitæ pepercerūt, Plini.Capillus uiris iuxta ac mulieribus in ꝓbro est.Pone.i.post.Plau.I tu præ uirgo,nequeo quod pone me est obseruare.Qn̄q; construit̄ sine casu,& sic est aduerbiū.Vir.pone subit cōiunx Secundū sig.ꝓpe,ut secundū fores,by der thur.Etiam significat post, ut secundū parētes est mihi nemo te charior.Post parietē,post ianuam,nō retro ianuā dicēdum.En dilect⁹meus stat post parietem,Trans respondet̄ ad hæc tria quęsitiua aduerbia.s.quo ubi & uude.Vltra est prępositio localis & temporalis.ut ultra sauromatas fugere hinc libet,ultra ānum hic habitaui,Præter quādoq; cōstruitur cum accusatiuo per anastrophen,ut te pręter,sicut etiā propter,ut quapropter.Supra opponitur infra,Supra das vber vnsz ist,Infra das vnder vnsz ist,ut cœli sunt supra nos,Infern⁹ siue orcus est infra nos.Superi dicuntur cœlicolæ q scilicet sunt supra nos Inferi dicuntur qui sunt infra nos,Differunt super & supra, Super dicit contiguitatē,sed supra nō dicit contiguitatē,quanq; nō semper hęc differentia seruetur,Circiter construit̄ cū accusatiuo tēporis,ut natus sum annos circiter triginta,ich bin by.xxx.iar alt,Vsq; modo,i.usq; ad hoc tem

pus. Vsq; aduerbiū qnq; significat assidue semper. Martialis. Allatres li cet usq; nos & secus, Secus præpositio significat iuxta, ut secus uiam Secus ꝑpositio cū s scribitur, cecus nomē cū c. Orator elegāter ponit secus ac, pro aliter quam. Virgi, Haud secus ac iussi faciūt. Plærią; sec⁹ loquū tur ac sentiunt, Non secus ac fatuus loqueris. i. non aliter ꝙ fatuus. Penes sig, prope, sed ꝓprie in potestate, ut hoc non est penes me, sed penes omni potentē. i. in potestate dei. Hor de usu. Quē penes arbitriū ius ē & norma loquendi. Penes quē. i. in cuius potestate. Vnde non recte uidentur loqui dicentes. Est fallacia equiuocationis uel amphilogiæ penes primū modū penes seundū modū. Rectus signi. primū uel secundū modū, Notandum ex his triginta prędictis ꝑpositionibus nouem comparantur, quę sunt an te post extra intra infra supra citra ultra, & ꝓpe

Inq; notans contra quarto solet esse locata

In multis modis iungit actō. Primo iungitur uerbo motus ad locum Vir. Itur in antiquā siluā, uado in tēplū, redeamus in gratiā. Secūdo quan do ponitur, ꝓ ad, ut in tuā salutē hoc feci, tu machinaris in meā perniciem Tertio cū ponit, ꝓ erga, ut ē pius in pauperes, quisq; ē in suos propēsior. i. magis inclinatus. Quarto cū signi. cōtra, ut illustrissimus romanorū rex parat expeditionē in bohemos. Cū sig. super, ut Seruius scripsit in Virgili um. Donatus in Terētiū. Cattus pręcipitatus cadit in pedes. i. super pedes cecidit in caput, dormit in latus. i, super latus. Sexto cū intelligit usq;, ut iu sti in perpetuū uiuent, Septimo cū uerbū significat motū internū uel mu tationē, ut uxor loth muta ta fuit in statuā salis. Troia uersa est in cineres. homo cōuertit in terrā. Octauo quādo capit pro inter, ut in man⁹ tuas cō mendo spiritū meū, Accepit eum symeon in ulnas suas. Hoc modo etiā iungitur ablatiuo, ut benedicta tu in mulieribus, idest inter mulieres. Adhuc modicum lumen est in uobis. idest inter uos.

Huncq; gerundiuis casum veteres posuere
Vt supponentem, quod multorum tenet vsus

Gerundia qnq; habēt ante se actm̄ more græco. Nam apud græcos te ste Priscia. gerūdia ponūtur, ꝓ infinitiuis, ideo habent etiam eorū constru ctionem, ut in libro psalmorū, In deficiendo ex me spiritum meū. Item In conueniendo populos in unū, Quod latinius ita diceretur, Cum defi ceret in me spiritus meus. Cōuenientibus populis in unum, uel cum ueni rent populi in unū, Sed translator psalterij in illis exemplis sicut in multis aliis imitatus est gręcos. Supina participia & gerūdia latię nullū regūt an se casū, sed regūt eundē casū p⁹ se quē sua ꝟba, Quid igit dicem⁹ ad hāc regulā Pris. Gerūdiū nō differt ab īfinitiō, nisi p articulū toy Regl'a magis hēt ꝟitatē apd' gręcꝗ apd' lati. Ipe tn̄ Ioan. Syn. dici gerūdia in dū regere Gerundia

F ij

datiuũ a parte anteriori. Idipsum egoipe audiui doctissimũ preceptorẽ meũ fœlicis recordatiōis, magistrũ Alexandrũ Hegium docentẽ, probauitq; exẽplo Horati. Si uis me flere. dolendũ est primũ ipsi tibi. Sed mea snia dtũs ipsi tibi nō supponitur huic gerundio dolendũ, sed apponitur. Ad cuius imitationẽ dicunt. Syllogisanti ponendum est terminos

Sepe regente loci nomen caret vt babylonem
Rusq; domum vel militiam rex vadit humũq;
Nomina quæ villis sunt appropriata locove
Qui minor est seruant hanc normã, sunt & eisdem
Rus & militia domus ac humus associanda

De noībus locorum

Accusatiu⁹ ꝓprij noīs loci minoris cōstructus cũ ṽbo uel participio importante motũ ad locũ caret rectore, Deinde addit quattuor actōs appellatiuorum noīm qui habẽt eandẽ cōstructionẽ, ut ioannes iuit argentinã iuit basileam, ꝓficiscitur romã, equitauit traiectum, uenit coloniã, iuit uenetias. In hac regula non refert cuius generis, cuius numeri aut cui⁹ declinationis sit actũs, dũmodo sit actũs loci minoris. & construatur cũ uerbo importante motũ ad locum, Teren. Ego cum filio rus ibo. Idem. Abi domũ, ꝓpere. Vir. Ite domũ saturę uenit hesperus ite capellę. Sed notãdum hos duos actōs. Militiã & humũ nunq; uel raro legimus carere rectore. Iō nō dicem⁹. Ioãnes ꝓfect⁹ẽ militiã sed in militiã. Teren. In militiam proficisci cōpulit gnatũ durus pater. Non dicemus. Ioannes strauit me humũ sed humi, quia (ut diximus in fine regimĩs genitiui) gtũs humi construit & cũ uerbo quietis & etiã cũ uerbo motus. Sta. Sternet humi populos miserumq; exhauriet orbẽ. Vir. Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos. Nomina maiorũ locorũ. i. regionũ quãdoq; legũtur apud poetas & historicos carere rectore in accusatiuo per subītellectionẽ prępositionis, in Vir. Italiam fato ꝓfugus lauinaq; uenit, littora. Idem. Ibitis italiam portusq; intrare licebit, Idem in Buco. At nos hinc alij sitientes ibimus afros Notandũ Alexã. iuxta linguã gallorũ in qua uilla significat urbẽ, & uillagium pagũ, posuit uillam ꝓ urbe, quãq; uilla neq; significat urbẽ ne q; etiam (ut multi ęstimant) pagum aut uicum ein dorff. sed significat rusticã domũ, ein lanthausz, Vir. Et iam summa ꝓcul uillarũ culmina fumant Accipit interdum pro ipso fundo siue predio. fur ein erb, ut in euangelio Villã emi. ich hab ein erb kaufft. Valeant igitur concionatores interpretantes, Villam emi. ich hab ein dorff kauft. Villicus qui prępest uillę ein meier: Appropriо est durũ ratũ & inusitatũ a claris auctoribus uerbum

Quęritur an uideo Dauentriam sit exemplũ hui⁹ regulę. Sępe regẽte loci, non. quia uideo est uerbũ transitiuũ & regit actm̃ ui transitionis, Quæ

ritur,uado monasteriū an sit exemplū huius regulę,Distinguo.si monasteriū ē ꝓpriū nomē urbis,die stat von munster,sic ē exemplū,sed si monasteriū ē nomē appellatiuū idē quod cœnobiū ein closter,sic nō est latia quia oportet dicere.Vado ad uel in monasteriū,Sic uado gelriā ē latina oratio,si gelria est nomē arcis cum oppido,die stat oder das schlosz von gelre,quia tūc ē nomē minoris loci,Si uero gelria est maioris loci,das lāt von gelre,sic addenda ē prępositio in uel ad. Quęritur quare Alexāder post regimē accusatiui nō subiungit regimen uocatiui,sed illud ꝑtermittit,quia uocatiuus a paucissimis dictionibus regitur,de cuius constructione in cōmentariolis nostris supra diximus,Sed non per quintum,uocatiuū cōstrui cū his dictionibꝰ o eia age agite amabo sodes ah ha heus.

Ablatiuorum regimen subiungitur istis

De regimi. Ablatiui

Abltūs regitur a sex partibꝰ orōnis,Primo a nomīe,& ꝑcipue ab adiectiuo,ut plenū gratia Scd'o a ꝓnomīe,ut apd' Plau.Tu cano capite amas senex nequissime.Tertio a uerbo,ut petijt me lapide. Quarto ab aduerbio.ut currit uelocius equo.ociꝰ euro.ioannes scripsit meliꝰ petro petrus canit dulcius lucinia. Quinto a participio.ut necatus ueneno turgescit,vō gyfft ist er geschvuollen.Sexto a ꝓpositiōe,ut audiui a patre

Tres notat esse gradus qui comparat inde notabit
Multimodum regimen,qui rem discernit aperte
Ditior est auro sapiens salomone sybilla
Per magis expone,regimenq́ʒ videbis aperte
Est auro diues regina magis salomone

De comparatiuo

Omnis cōparatiuus gradus cōparatiue captus regit ablatiuū significantē rē excessam,ut ioannes est ditior,doctior,robustior me,senior me,melle dulcior,dolor non debet esse maior vulnere,tu scribis plus ęquo.tu potas plus ęquo,tu studes plus ęquo,Esset ꝓprie dicēdū in neutro genere positiuū cōparatiuū superlatiuū,quia adiectiua substātiuātur in neutro genere.Quādo tamē dicit̄ in masculino genere positiuus cōparatiuꝰ & superlatiuus,subaudiēdū est substātiuū masculini generis,gradus,Notandū ē quadruplex cōparatiuū.s.nominale ut doctior,uerbale ut malo, aduerbiale ut melius dulcius,circūlocutū ut magis egregius,Vnde prędicta regula de q̄libet cōpatiuo intelligit̄,Exēplū de cōpatiuo nominali,ut Ioannes est fortior me,Aliud exemplum de comparatiuo uerbali,ut malo sanitatem diuitijs,malo cibum potu.Inter omnia uerba solū malo est significatione & regimine cōparatiui gradus,& ideo regit abltm̄ significantē rē rem excessam,quia exponit̄ malo.i.magis uolo,Exemplū de cōparatiuo aduerbiali,ut Ioānes canit dulciꝰ lucinia.i.philomela.clamat grauiꝰ boue

Exēplū de cōpatiuo circūloquuto.ut uxor ē magis pia in pauperes uiro. Per magis em & positiuū circūloqmur oē cōpatiuū.Cōpatiuū noīale iūgit ṽbo substātio,ut hoc aīal ē forti⁹ me.Sed cōpatiuū aduerbiale iūgs ṽbo adiectio,ut Ioannes scribit meli⁹ me.Oē aduerbiū cōpatiui gradu cōuenit in uoce cū noīe cōpatiuo neutri.g.pter magis,qa nomē cōpatiuū ē mai⁹,Mage uel magis indrñter dr̄,sed mage solū ponit in carmine,Diues,pprie hēt cōpatiuū diuitior,Oui.Oppida sunt regni diuitiora mei.Itē diuitior crispo thracia cōstātior ipo.Sybilla dr̄ oīs mulier sapiēs & pphetans,Notandū oīne fere adiectiuū nomē regit ablt̄m,& ideo oē cōpatiuū noīale pt regere duos abltōs,unū ṽtute ,ppria,alterū uirtute positiui,ut ē magn⁹ honore,bñ dr̄,ē maior me gñe doctrina dignitate,etiā bene dicit.

Est ablatiuus demonstrans quantus habetur
Excessus,regit hunc excessum dictio signans
Hoc lignum pedibus est maius quattuor illo
Hoc lignum digitis excedit quattuor illud

Vi excess⁹. Dictio significās excessum regit ablatiuū q significat q̄titatē excess⁹certā uel incertā,Hūc ablatiuū regūt triplices dictiōes,Primo cōpatiua.ut petrus ē lōgior,hec arbor ē,pcerior illa semipede.ein halben fusz.Sesquipede anderhalben fusz. In genesi.Fuit aqua quīq; cubitis altior mōtibus Cubitus ein faden oder ein ele.Secūdo qdā uerba regūt hūc ablatiuū,ut excedo excello psto supero & silīa,ut ioannes excellit me duobus annis Tertio qdā aduerbia & ppositiōes,ut ante post citra ultra supra,ut multo aliter,multo melius.Ioannes uenit paulo ante me,paulo post me. Salo. Multo meli⁹ ē nō uouere q̄ uota nō reddere.Teren.Multo aliter euenire intelligit,Hi ablatiui multo modico paulo tanto quanto eo & quo significant incertā q̄titatē excessus & regūtur per hanc regulā. Tanto quanto eo & quo regūtur a qlibet cōparatio,& significāt idē,ut quāto deterior tāto fortunatior,Vel quo peior eo secundior.ye boser mensch ye besser geluck.Cice,Quāto superiores sumus tāto nos summissius geramus.Quo studiosior fueris eo doctior euades.Quo citius eo melius.Maior natu est idē qd senior.Minor natu est idē qd iunior.Nota multo maius multo magis,multo plus,multo minus,paulo min⁹,nihilo min⁹,quanto ocyus,sunt semp orationes non dictiones,Et ideo accent⁹ erit in prima syllaba de maius magis minus non in antepenultima.

Remq; notans fieri regit id quo res ea fiet
Orator verbis vincit,vir bellicus armis

Omne ṽbū pōt regere ablatiuū instrumēti,ut magister cecidit eū uirgis

Ioãnes est cesus uirgis. Terẽ. Phaleratis dictis seducis me, phaleratꝰ ornatꝰ. Vir. Hi iaculis illi certant defendere saxis. Iaculũ est hasta q̃ iacit in aliquẽ. Saxum ein felsz. Prudẽ. Impatiensq; moræ cõto petit increpat ore Contus est longus stipes. Terẽ. Naribꝰ duxi. Abltõ instrumẽti nõ est prẹponẽda prẹpositio cũ. Nã aliud ẽ dicere, Ioannes percussit me baculo, & ioannes percussit me cũ baculo, quia sensus posterioris orationis ẽ, Ioannes percussit & me & baculũ. Dicendũ Ioannes petijt me luto, lapide, uel iecit in me lutum lapidẽ. Quidã uolunt hanc regulã solum debere intelligi de ĩstrumẽto artificiali. Secũdã uero regulã illiꝰ textus. Mobile uel uerbũ, de instrumento artificiali, ut ibi docetur.

Mobile mensuram designans addere debes
Longum sex pedibus lignum latumq; duobus Vi Mẽsurę

Nomẽ adiectiuũ incertã mẽsurã significans regit ablatiuũ. Dicitur notãter mobile, quia substantiua solũ regunt genitiuũ, ut altitudo longitudo latitudo domus, crassitudo trabis, Dicitur notãter in sententia, significãs mẽsuram incertã, quia quæ certam mẽsuram significant nõ regũt casum ut pedalis bipedalis tripedalis. bicubitus tricubitus, bilibris trilibris, quĩquennis decennis. Adiectiua sunt lõgus latus crassus tenuis altus ꝓfundꝰ magnus paruus pusillus grauis, ut uas butyri est graue trecẽtis libris, uas idest tũna ẽ magnũ nonagĩta quartis. Cadus est magnus sex urnis. Vrna ein eymmer. Puteus est altus tribus cubitis. Cubitus ein elenbog. Altus ꝓfundus, altus sublimus. In euange. Zacheus erat pusillus statura. Nota crassus & tenuis significãt qualitatem & quantitatem. De qualitate. ut crassa cereuisia, dick bier, tenuis cereuisia, dun bier. De quantitate. ut crassa papyrus, tenuis charta, tenuis dieta est utilis febricitantibus. i. modicus uictus, Nota q; huiusmodi nõia etiã regũt accusatiuũ. Pli. Muri babylonis erant alti pedes ducenos, lati quinquagenos. ducenos. i. ducentos. quĩquagenos. i. quinquaginta. Nota q; sequentes quinq; orationes idem significant. Pygmeus est pedalis, pygmeus est altitudinis pedalis, pygmeus est altitudine pedali. pygmeus est altus uno pede. pygmeus est altus unũ pedem. Iuuenalis de pigmeis. Pygmeus paruis currit bellatur in armis Mox impar hosti raptusq; per aera curuis. Vnguibus a sæua fertur grue si uideas hoc. Gentibus in nostris, risu quatiere, sed illic. Quanq; eadem assidue uidentur prelia, ridet. Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno. Quædã uerba regũt hũc accusatiuũ uel ablatiuum ut hoc saxum appendet centũ libras uel libris. Persius. Pinguis aqualiculus propẽso sesquipede extat, Extare vszstan, ut stipes extat aqua. Aqualis est uas aquarium, Inde aqualiculus diminutiuum ponitur a Persio in allegato uersu ꝓ uentre, Hoc uas butyri propendit sex libris, Propendere, uber vuegen.

Verbum materiam,causam.spacium precium ve
Aut tempus signans ablatiuos regit horum
Quæ prædicta notant.vt frenum fabricat ere
Ista pudore tacet,stadijs sex distat ab urbe
Nocte morans tota,panem nūmis tribus emi

Verbum si. Hic ponūtur quinq; regulę,quarū prima ē,Verbū significans aliquid face
gnificās ali re uel fieri regit ablt̄m materię,unde fit,ut feci librū papyro. Sutor fecit
quid facere calceū corio,artifex fecit ānulū auro,deus fecit hominem limo.Ablatiuo
h⁹ primę reglę pōt p̄poni p̄positio ex uel de,ut phidias & polycletus facie
bāt statuas argēto ebore & auro,Vel ex argēto, ebo.&c,Ipse fecit statuā
gypso uel de gypso.Gypsū ē alba terra,Gypsat⁹.i.dealbat⁹.Proper.Mira
loquar regnū ip̄e tenet,quē sępe coegit.Barbara gypsatos ferre catasta pe
des.Catasta est lignū cui pedes seruorū innectūtur.Faber est nomē gene
rale,ut faber nauiū,faber arcarū,faber lignarius ein zymmermā Ioseph
uir Marię fuit faber lignarius,Fabrico uel fabricor indifferēter dicit̄. Se
cunda Verbū regit ablatiuū qui significat causam efficientē,ut ipse tacet
pudore.tacet ignorantia.Ioannes tremit frigore,tremit pauore,ardet ira
cundia,ut ipse flagrat amore literarū,sudat labore,calore.pallet ęgritudi
ne,pallet timore,pallet iracundia,languet febri uel laborat febribus, ipse
clamat dolore,eiulat pœna. Heiulare est ualde clamare, ipse lachrymat
uel lachrymat̄ gaudio. Terē.Oh lachrymo p̄ gaudio Vbi notādū ꝙ abla
tiuo hui⁹ regulę potest addi prępositio prę.ut ipse clamat prę uesania. cla
mat prę dolore, Teren.Lachrymo prę gaudio, Tertia. Verbū spaciādi
uel distandi regit ablt̄m spatij uel distantię,ut Hātvuerpia distat a Loua
nijs octo milis uel milliaribus,Roma distat hinc quadringētis milliarib⁹
Quanto spatio absumus a britannia? nauigatione trium dierum.Cāpis
hinc abest itinere triū horarū. Omē v̄bū significās distare,siue loco siue
tēpore potest regere hunc ablatiuū interuallo.Buscunducis abest a traie
cto interuallo sex milliariū.Pascha distat a pēthecoste Interuallo quīqua
ginta dierum.Et nota ꝙ interuallum & tempus & locum denotat, vnde
ecclesiastici temp⁹ quod est a natiuitate domini usq; ad dominicam Esto
mihi,uocant interuallum·Ablatiuus huius regulę potest mutari in accu
satiuū. Ouidi⁹.Millia qui nouies distat ab urbe decem.Quarta. Verbū
appreciandi regit ablatiuū.ut emi librum tribus florenis.Iuue. Mullum
sex millibus emit.Mullus est piscis barbatus,Idem.Nec cupias mullū cū
sit tibi gobio tantū,In loculis.Gobio idest precium gobionis. Vir. Vēdi
dit hic auro patriā.Oui.Aurea sunt uere nunc secula,plurimus auro. Ve
nit honos,auro cōciliatur amor.In euā.Duo passeres asse ueneūt.Itē Potu

it vngētum uenū dari multo, & dari pauperibus. Nō cupio lautas dapes sed sum contētus cibo paruo parabili. Fio etiā regit hic ablatiuū Horati. Fiet eritq; tuus nūmorū millibus octo, In hymno. Quos sanguine mercatus es. Oui. Stat mihi nō paruo uirtus mea, Siligo nunc multo emitur, paruo emitur. Verba precij etiā regunt hos quattuor gtōs. s. tanti quanti pluris minoris. ut liber cōstat mihi pluris, uendam tibi minoris, Non est quę rendū quanto emisti. sed quanti uel quanto precio. Quinta regula Omne uerbū regit ablatiuū tēporis, ut surrexi diluculo uel prima luce. Ioannes surrexit nocte intempesta. i. media nocte quando nihil agitur. In euā Media nocte clamor factus est. Iuue. Pœna quidē uehemēs & multo seuior illis. Nocte dieq; suū gestare in pectore testē. Ioānes abfuit hesterno meridie, crastino meridie uenias ad me, Ioannes uenit uespere uel uesperi. Est duplex tēpus. s. tēp⁹ q̄diu & tēpus qn̄, Tēpus q̄diu ponit̄ indifferenter in actō uel abltō. ut q̄diu hic habitasti, unū annū uel uno anno, trienniū uel triennio. Sed tēpus quādo ponit̄ solū in abltō, ut ioannes uenit prima luce, diluculo meridie crepusculo. Ioannes nō prodit nisi crepusculo uel nocte sublustri. Prodire. erfurkummē, Crepusculū est tēpus quando nec est nox nec dies, siue sit mane siue uesperi. Sublustris idest parum lucidus. Notandum q̄ hæc oratio & similes, Ioānes breui erit pauper. uel exiguo tēpore erit pauper, sunt ambiguæ. Vnus sensus est. Ioannes per breue tēpus erit pauper. Alter ioānes intra breue tēpus erit pauper, ut si ioannes sic pergit sua prodigere breui tempore erit pauper. Oui. Si quotiens peccant homines sua fulmina mittat. Iuppiter. exiguo tempore inermis erit, idest intra exiguum tempus,

Nomen eis adiunge modum quod signat agendi
Accentu plura proferre solemus acuto

Verbū qnq; regit abltm̄ qui signi. modū agēdi uel patiēdi, ut ipse clamat alta uoce, dic uoce submissa. i. nō alta. suscipe hoc munus hilari fronte aspexit me toruo uultu, Hilaris siue hilar⁹ (utroq; em̄ modo dicitur) lętū iocūdumq; significat. frolich, Toruus ē turpis uel crudelis. Terē, Quod fors fert feramus ęquo aīo, i. patiēter. abitū tuū ioannes iniq̄ tulit aīo. i. Ioannes fuit iratus de abitione tua, Abitus. i. abitio. Idē em̄ significāt ṽbalia quartę declinationis in us & tertię in io. ipse tulit ęquo aīo. i. fuit bene cōtentus Iniquo animo fero q̄ clā me pfectus es. In epl̄a Pauli. Spū ambulate. Itē si spiritu uiuimus spiritu & ambulemus, quo pacto, quo aīo, qua mente. q̄ iure, qua fide possides hanc rem. bona fide, bono iure possideo. Merito immerito ioannes est castigatus. Vnde ablatiuus huius regulæ fere semper habet adiectiuū coniunctū, & resoluitur in aduerbiū qualitatis, ut dic clara uoce, i. dic clare. dic summissa, i. summisse. iniquo aīo. i. inique. Omis ablatiuus qui potest responderi ad aduerbiū qualiter uel ad quomodo re

gitur per hanc regulam, ut uero falso serio ioco locutus sum. Serio an ioco loquaris, redest du in schimpf oder ernst. Dic uerũ serio, sag vuar in ernst

Huc solent reduci aliquę regulę. Prima concretũ regit ablm̃ sui abstracti, ut albũ albedine, nigrum nigredine, sed non inuenio huius regulae exempla in claris auctoribus. Secunda. Omne ꝓpriũ nomẽ cuiu libet rei potest regere hunc ablatiuũ nomine, ut oppidũ dauētria noīe. flumẽ isela nomine, nicodemus noīe, Etiã appellatiua regunt hunc ablm̃ noīe, aliqñ etiã hũc ablatiuũ re, ut phũs noīe, medicus re. Tertia. Nomẽ numerale cardinale regit hunc ablm̃ numero. ut uiginti numero, Hoc aduerbiũ saepe, etiã regit hunc ablatiuũ numero, ut sępe numero. Vbi notãdũ ꝙ ablatiuus numero solũ additur ornatus causa. Nam idem significãt uiginti & uiginti numero, idẽ significãt sępe & sępe numero. Quarta. Nomẽ nũerale ordinale regit hũc ablm̃ ordīe, ut primus ordine, ultim⁹ ordine.

Saepe potestatis nomen coniungitur istis
A rex hierusalem domini dono b salutem

Nomẽ significãs principẽ põt regere ablatiuũ qui significat causam efficientẽ, ut Epũs dei grã, abbas miseratione diuina. Episcopus grece, latine speculator. uel superintendẽs. Maxime christiani principes utuntur exẽplis hui⁹ regulę, scientes oẽm potestatẽ esse a deo. Hierusalem est dictio quinqꝫ syllabarũ. Hierosolyma sex. Hieronymus quinqꝫ.

Synecdochen iungas. vt vultu virgo decora

Synecdoche. Nomẽ adiectiuũ uel uerbũ quãdoqꝫ regit ablm̃ per synecdochen, ut in libro psalmorũ, Speciosus forma prę filiis hominũ, Salusti. Antoni⁹ pedibus ęger aberat. Quęcũqꝫ dictiones regũt actm̃ per synecdochen, etiã regunt ablatiuũ, ut albus faciẽ uel facie, doleo caput uel capite, redimita capillos uel capillis, Poetę magis utunt̃ actõ, sed historici abltõ. Notandum istę quattuor oratiões idẽ significãt, uirgo decori uult⁹. uirgo decoro uultu, uirgo decora uultum, & uirgo decora uultu. Synecdoche non synodoche, ut supra diximus est dicendum.

Ornatum subdes, indutus vestibus albis

Vi ornatus. Dictio significãs ornatũ qñqꝫ regit ablm̃, ut stola glorię induit eũ. Verba ornãdi actiua possunt regere actm̃ cũ abltõ, ut ibi christianissimi fidẽ operibus redimire. Passiua uero regũt tãtũ ablatiuũ uel accusatiuũ, ut induimini dominũ iesum christũ, indutus est cucullo. Indut⁹ est trabea. i. ueste purpurea, Cucullus ein kap. Cappa nõ est latinũ, Indutus est ueste talari. i. longa usqꝫ ad talos demissa, Indutus est campestri. Campester ẽ breuis tunica apta ludẽtib⁹, Stola est quoddam ornamentum sacerdotale. Stola ẽ longa uestis. Stola candida uel linea. Est uariis uestibus indutus, Variae uestes. i. multę uestes. uel uestes diuersi coloris.

Toti da partem, Subiecto proprietatem
Sed laudem iunge vel vituperamen vtrinq;
Vir manibus validis, & virgo crinibus albis
Dextra vir fragili vel forma femina turpi
Vir forti dextra. formaq; decente puella

Hic ponũtur duę regulę. Prima. Dictio significãs totũ integrale regit ablatiuũ q significat partẽ cũ adiectiõe laudis uel uituperatiõis, ut in textu, uir forti dextra, uir ualidis manib⁹, uir fragili dextra. Terẽ. Virgo cesia. sparso ore, adunco naso. Sparso. i. lato. Cesius. i. lentiginos⁹. Adunc⁹. i. curu⁹ in descensu, ut rostrũ accipitris. Redunc⁹ est curu⁹ in ascẽsu, ut rostrum suis. Vir lõgis crinib⁹. hõ lippis oculis. i. cui fluũt oculi. uir pstãti pectore, anĩal lõgis aurib⁹. Pronomẽ etiã regit hic ablatiuũ, Plau. Tu cano capite amas senex nequissime. Adiectiuũ nõ semp ĩportat laudẽ uel uituperationẽ, ut animal sex pedib⁹. Verbũ substãtiuũ etiã regit hic ablatiuũ, ut argus erat centũ luminib⁹, Abltũs hui⁹ regulę potest mutari in genitiuũ. Decẽs pulcher bequem Secũda. Dictio signi. subiectũ regit ablatiuum pprietatis mediãte adiectiuo. Terẽ. Hõ antiqua uirtute & fide. Lactantius. Magno & excellẽti ingenio uiri. Adolescens bona indole, adolescẽs flauis capillis crispo capillo. rubro capillo, uir magna doctrina. Verbũ substantiuũ regit hic ablatiuũ. Terẽ. Iste erat honesta & liberali facie Pronomẽ etiam regit hic ablatiuũ, dicimus enim, tu breui tunica, iste rubris caligis. tu rubro capillo. Dictio regens hic quãdoq; intelligitur. In euãge. Beati mundo corde, Ablatiuus huius regulę etiã potest mutari in genitiuũ, ut uir excellenti ingenio uel excellentis ingenij, uir hebetis ingenij uel hebete ingenio, rudis ingenij uel rudi ingenio, uir breuis staturę uel breui statura, uir grandis staturę uel grandi statura

Significans totum

Significans subiectum.

Mobile vel verbum designans proprietatem
Sextis construitur, per quos ea significatur
Aut instrumenti, vel causę nomina iunge
Cursu festinus. fulget virtute modestus
Est velox pedibus, blando sermone facetus
Viribus invictus, properat pede. voce benignus

Hic ponũtur tres regulę. Prima, Nomẽ adiectiuum uel uerbũ signi. proprietatẽ cõfusam regit ablatiuũ quo specificat illa proprietas. Exempla Pria regla

ut prȩditus honore, ꝑditꝰ scelere, ꝑditus quasi ꝑ alijs datus uel excellens. festinus cursu. festinꝰ loq̄la, iste pollet ingenio, pollet dādis cōsilijs. pollet facūdia. pollet memoria. Polleo signi. ualeo. Clarꝰ gn̄e, clarus opibus. clarus doctrina. clarꝰ artibꝰ. Cōspicuus est idē q̄d clarꝰ, & pōt hic regere ablatiuū, ut ioannes ē literis & ꝓbitate cōspicuus., & omni uirtute cōspicuꝰ. fulget honore Hoc uerbū prȩstat regit hūc ablm̄. ut ioannes prȩstat mihi doctrina, eloquētia. ingenio, ȩtate. Prȩstare, vbertreffen, ut ioannes p̄stat mihi robore. prudētia.

Secunda — Secūda nomē adiectm̄ uel uerbū regit ablatiuū instrumēti. ut uelox pedibꝰ. promptus manu, tardus lingua. oculis uidi. manu ꝓpria uel mea scripsi. Hæc regula intelligit̄ de īstrumēto naturali nam de instrumento artificiali prȩdictū est ibi. Remq̄ notans fieri. oportet te esse manu promptū. Promptus. i. cito paratus, Feci iter pedibus. auribus audiui. trusit me pedibus, pulsauit me pugno

Tertia — Tertia, nomē adiectiuū uel uerbū regit ablm̄ qui signi ficat causā efficientē, ut inuictus uiribus, tardus pigritia, celer timore. tardus ȩtate, senio, feruidus ira, clamat pœna, clamat insania, delector ludo. Oui. Ille celer penna tardos ȩtate fatigat. Sum fatigatus itinere. Facetus est id quod iucūdꝰ in uerbis uel factis. qui scilicet uerbis suis mouet alijs risum, sicut patet in exemplo textꝰ, blādo sermone est facetus. Facetiȩ sunt dicta quibus mouemus risum. Lepidus idē quod facetus significat. Contraria sunt iniucundus illepidus. Nota ꝙ eadem dictio potest regere triplicem hunc ablatiuū, ut tardus incessu per primā regulā, tardus lingua per secundā regulā, tardus ætate ꝑ tertiā regulā, feruidus actu per primā regulā, feruidus manu, per alterā. feruidus amore per tertiā, & ita de multis alijs.

Req̄ carere notans ablatiuum regit eius
Vt pena careat homo purus crimine viuat

Significans carētiam. — Nomen adiectiuū uel uerbum significans carentiā regit ablatiuū. Nomin a. ut orbus captus nudus uiduus cassus uacuus inanis purus vagꝰ extorris opus. Exempla, ut orbus patre. i. carens, orbatus libris. Ouidi. Orba parente suo quicūq̄ uolumina cernis. Captus oculis. i. cecus. Captus auribus, idest surdus. Captus pedibus. i. claudus. Mente captus. i. insanus. Captus omnibus mēbris. idest qui nullum ex mēbris mouere potest. Nudus uirtute, Viduus idem est quod orbus, & regit ablatiuū. Horatiꝰ. Viduus pharetra risit apollo. Cassus & uacuus idem significant. & regunt hic ablatiuū. Virgi. Nūc cassum lumine lugent, Amphora est uacua uino. cereuisia. Inanis. uacuus, loculi sunt inanes pecunia. Purus. idest clarꝰ uel mūdus, ut purus crimine. Impurus idest non purus uel nequam. Teren. Persuasit ille impurus. Vagus pelago. Extorris patria. Non est mihi opus tua ope, opa tua mihi opꝰ ē. Iuue. Clamore opꝰ ē ut sentiat auris, Opꝰ ē mihi libris. nūmis. uestibꝰ. Male hn̄tes hn̄t opus medico,

De verbis. — De uerbis. Quædā

uerba solū regūt ablm̄,ut careo uaco frustror exulo uagor.Cice.Vacare culpa magnū ē solatiū.Careo pecunia.ich māgel geltz.Frustrat⁹ spe.Frustror etiā regit acm̄,ut spes frustrata est ioannē,Ioannes exulat patria,da uentria.Quędā uerba significant facere carere,& illa regunt acm̄ cū ablatiuo,qualia sunt abstineo castro emūgo euacuo exinanio expedio leuo libero mūdo orbo priuo,ꝓhibeo purgo spolio soluo uideo & his silia,ut Ioannes abstinet se uino uel a uino,abstinete uos a carnalibus desiderijs. Castrauit se luxuria.Ioannes emūxit me pecunia.Ioannes euacuauit amphorā cereuisia uno haustu uel sine respiratione.Exonerauit nauem senibus.Vir.Ego hoc te fasce leuabo.Leua me parte oneris.Liberasti me magna sollicitudīe,mūdauit eū lepra.Mors orbauit me parentibus,priuasti me magna uoluptate,priuo te nummis.priuauit me rebus omnibus.Prohibuit eum ianua.Latrones spoliauerūt me pecunijs,uestibus. Soluo te curis.Viduare,priuare orbare.uiduasset ciuibus urbem.

Inter & est iuncta tibi dant pronomina quina
Intererit uestra nostraqꝫ meaqꝫ tuaqꝫ
Atqꝫ sua.refert normam seruabit eandem

Hęc duo impsonalia uerba interest & refert regūt hos quīqꝫ abltōs mea tua sua nostra & uestra,quib⁹ addit̄ secūdū Pri.abltūs cuia Vn̄ indrn̄ter dicim⁹ cuia uel cui⁹ interest,His abltīs qn̄qꝫ addit̄ gtūs,ut tua ipsius interest,mea soli⁹ refert,interest uestra,duorū.Benedicit̄,ītere st mei fratris,tui patris,nostri famuli.Sed nō dr̄,interest mei tui &c,quia isti abltī sēi,geponūtur ꝓ abltīs primitiuorū ꝓnoīm.Itē istis abltīs etiā addūtur hi gtī.tāti q̄ti pui magni pmagni.Cice.Permagni mea interest.quāti tua refert Istis abltīs pulchre addit̄ relatiuū qui,ut pmagni mea qui frater sum tuus refert,utrū studiosus sis an desidiosus.Hęc psonaliter posita inueniunt̄ habere eandē cōstructionē.Terē.Quod tua nō inter est desine percontari Ita etiā in Boetio.Si uestes pulchrę sunt,quid id tua refert.

Plenus inops casum dant istum siue secundum
Vini uel vino duo dolia plena videto
Pauper egenus inops vino vel panis egebit

Nomen adiectiuū uel uerbū significans plenitudinē uel inopiā regit genitiuū uel ablt m̄.Regula intelligit̄ de concretis,quia abstracta solū regūt gtm̄,Nomina sunt hęc plenus diues locuples abundans satur refert⁹ pauper ebrius egenus inops compos indignus fecundus fertilis beatus reus inanis,immunis expers & frequens,quod solū ablatiō iungit̄.Plen⁹ apud ueteres fere semper inuenit̄ cum genitiuo.Teren.Plenus rimarum sum. Cicero. Stultorum omnia sunt plena.Cæsar.Plena erant omnia timoris Vi carētiæ plenitudīs

& luctus. In Quintiliano construitur cū ablatiuo. Aluearia plena sūt melle, In euan. Aue gratia plena. Vir. Quam diues niuei pecoris, q̄ lactis abūdans. Sum satur pisciū uel piscibus. Terē. Postq̄ omniū rerum satur sum; porro deambulare libitum est, Horatius. Mācipijs locuples eget æris capadocum rex. Egenus arm oder bedurfftig, cuius es ęgenus, Ebrius dulci fortuna. Vrbs referta sceleratorū hominū, uel sceleratis hominib⁹ Grego. Erat rebus pauper, sed meritis diues. inops animi. Pruden. Mentis inops ebur infœlix abijcit, Inops ꝓprie dicitur qui nō habet tantū opis. i. terrę, ut in ea moriēs possit sepeliri, sed trāsumitur ꝓ paupere, Non sum mihi crede compos mentis. Indigus a um, est idem q̄d ęgenus. Luca. Terra suis cōtēta bonis nō indiga mercis. Eternę. Vir. Haud opis indiga nostrę. Reus mortis uel morte, quanq̄ reus ꝓprie dicat̄ contra quē agitur in iudicio. Verba sunt hęc abundo exundo redundo egeo indigeo impleo repleo saturo satio refertio. ut abundo pecunijs uel pecuniarū, egeo pecunijs uł pecuniarum, Ouidius. Poma pater pelopis pręsentia quærit, & idem, Semp eget, liquidis semper abundat aquis. Torcularia tua uino redundabūt. In euange. Implete hydrias aqua. Virgi, Implentur ueteris bacchi pinguisq̄ ferinæ. In euange. Impleuerūt duodecim cophinos fragmentorū, Reple pocillum cereuisia, Pocillum est paruum poculum.

Dignus cum potior fungor vescor fruor vtor
Et careo iungo casu tantumodo sexto

Dictiones in textu positę regunt ablt̄m. Dignus & potior interdū cū genitiuo cōstruūtur. Salomon. Vt dignus essem sediū patris mei, In euange. Facite fructum dignum penitentię. Vir, Magnorum haud unq̄ indignus auorū. Dignus cōstruit̄ cum abltō, ut dignus amore. odio. flagello. morte. dignus est operarius mercede sua. Cum infinitiuo. ut dignus est aperire librū. Seruus aūt oīno male uestitus non est dignus apparere in cōspectu regis. Dignus elegāter construitur cū relatiuo qui quę uel quod, ut dign⁹ est ꝑfecto qui ab omnibus diligatur. Indignus eodē modo cōstruit̄. Tul. Indigna homine quęstio, indignus honore sacerdotio. Maior dicitur dignari qn̄ humiliat se, tūn dicit̄. Dn̄e reuerēde dignemini rerū potiri. Potior signi. possideo uel habeo. Vir. Auro ui potitur. Voto meo potior. Ioānes uoto suo potitus est, Apud Teren. legit̄ potior cū actō. Hic aūt gaudia potitur. Fungor signi. habeo, ipse fungitur sacerdotio, nō boni uiri officio fūctus es. i. nō fecisti sicut bonū uirū decet. Cice. Qui adipisci uerā gloriam uolet, iusticię fungatur officio. i. sit iustus. Defunctus. i. mortuus, Vescor edo essen, ut ego libenter uescor hoc cibo. Vir. Quid puer Ascanius superat ne, & uescit aura Etherea. Fruor. i. delectationē capio, Vir. Fruimurq̄ deorum colloquio. Sola trinitate (ut ait Augustinus) fruendum est, cæte-

ris omnibus vtendum. Sancti dei fruuntur deo. Vti est accipere utilitatē gebruchē. Vtar cōsilio tuo, ich vuirt dinē rat volgē. Cice. Prepostéris utimur consiliis. Abuti misbruchen. Expedit reipublicę, ne quis bonis suis abutatur. Nulla res adeo bona est, ut ea nō possimus abuti. Cice. Carere debet uitio qui in alterū dicere paratꝰ est, Oui. Quod caret alterna requie durabile non est, Teren. construit careo cum gtō dicēs, Omes labores mihi leues fuere preter q̄ tui carendum q̄ erat. Sed non imitabimur.

Hos casus de pre coram sociecꝫ gubernant

Quindecim ꝑpositiones cū exemplis a Donato enumeratæ regunt ablatiuum, Quibus additur ꝓcul, q̄d q̄nq̄ est aduerbiū. Vir, Procul hinc ꝓcul este ꝓphani. Quādocꝫ ē prepositio petens ablm̄. Pli. Haud ꝓcul urbe roma. Sic etiā dicit̄ ꝓcul dubio. A ab abs idē significāt, sed a ꝑponitur cōsonātibus, ab uocalibus, abs solū ꝑponit̄ q & t, ut absquolibet abs te. Abs te mihi redditę sunt literę. Quū quādo est aduerbiū scribit̄ per q & uu geminatū, aliqui ꝓ secundo u ponūt o quom. Sed cum prepositio cū c scribitur. & non ꝑponit̄ ut supra dictū ē de abltō instrumēti. Corā. clam & palam q̄nq̄ sunt aduerbia. & tunc nō hn̄t ablm̄. Cice, Cupio tecū corā iocari. Vir. Corā quē quęritis adsum. Clā, heimlich. Teren. Si sperat fore clam ad ingeniū redit. i. facit sicut priꝰ. De & ex idē significāt. Pro. i. loco alicuiꝰ ut iuniperus habet spinas ꝓ foliis. i. loco foliorū. Et ideo non est dicēdū, ut initio docuimus, iacobus habet catharinā ꝓ vxore, nisi uelimus dicere catharinā esse concubinā iacobi. Ita etiam nō est dicendū. Verbū personale uult habere ntm̄ ꝓ supposito. Pro quādo q̄ significat ante, ut ipse stat ꝓ foribus. i. ante fores. Salusti. Pro curia signū dat. Prę quādocꝫ significat von oder vor. ut Iacobus clamat prę amore. prę timore. von forcht. Sine & absq̄ sunt prępositiones negatiuę, & ideo faciunt terminū sequentem stare confuse & distributiue. Tenus uel more latino regit ablatiuum singularis numeri, uel more greco gtm̄ pluralis numeri (quēadmodū in principio regiminis genitiui supra diximus) & semper postponitur casui quē regit, & significat usq̄ ad. Vir. Et lateri capulo tenus abdidit ensem. i. usq̄ ad capulum. Capulꝰ. ein hant hab oder hefft. Iuue. Crure tenus medio tunicas succingere debet. Pube tenꝰ. i. usqꝫ ad pubē. i. pudenda. Collo tenus. i. usqꝫ ad collū. Vnde nō recte uidetur dici mente tenus, corde tenus pro memoriter, nec uoce tenꝰ, nec ore tenus, ꝓ alte, clare. Exemplū de gtō pluralis numeri. Virgi. in geor. Et crurum tenus a mento paliaria pendent, Crurū tenus. i. usq̄ ad crura. aurium tenus. i. usq̄ ad aures.

Quum super est pro de sexto decet hanc sociare

Super ꝓ de iungit̄ ablatiuo, Hāc regulā ponit Donatus his uerbis, quādo vero mentionē alicuiꝰ rei facimꝰ, abltō tm̄. Vir. ii. enei. Multa super priamo rogitans super hectore multa, subaudi dido est rogitans. id ē interro-

gans. In euā. Luc̨. Ita mai⁹ gaudiū ē sup̄ uno pc̄tore penitētiā agēte q̄ʒ su per nonagītanouē iustis qui nō indigēt penitētia. sup̄ uno pctōre. i. de uno pc̄tōre. Itē & erāt ioseph & Maria mirātes sup̄ his q̄ dicebātur de puero. Ioannes interrogauit me sup̄ ualitudine tua. Super etiā iungit abltō qn̄ significat, p, Vir, Nec sup̄ ipse tua moliris laude laborē. Idē. Nec sup̄ impio moueor. Sup̄ illa re nō moueor. Nota sup̄ qn̄ locū denotat, teste Donato. magis regit actm̄ q̄ʒ abltm̄, ergo etiā regit abltm̄, Vir. Plena sup̄ arbore sidūt. In libro psal Sicut ablactatū ē sup̄ matre sua. Vir. Hic tn̄ hac mecum poteris requiescere nocte. Frōde sup̄ uiridi. i. super plenā arborē, super uirides frōdes, sup̄ matrē suā. In exemplis textus fit figura, ptheseo, sparalāge, q̄ est unius p̄positiōis, p alia positio. ut super pro de.

Iste datur casus passiuis ab præeunte
Cernitur hic a me. quandoq̄ʒ videbor ab illo

Verba passiua

Verba passiua regunt ablatiuū mediāte prępositione a uel ab, Horati⁹. Laudatur ab his culpatur ab illis. Quādoq̄ʒ legendū est. non quoniā, quia uidebor primā corripit. Hęc regula intelligit de omnib⁹ uerbis q̄ passiue significant, qualia sunt uerba passiui generis, ut legor uideor a ioāne, qualia sunt uerba neutra passiua, ut ioannes exulat a domo, a patria, uapulabit a magistro, qualia etiā sunt uerba communia passiue accepta, ut infās osculatur a matre. Nota q̄ caleo. frigeo, caueo. metuo, timeo. significāt internā passionē, ideo etiā ad hanc regulam pertinent, ut timeo tibi a petro, non timeas a me. i. non timeas ne ego tibi aliquid faciam, Caueas tibi a ioanne. Caleo ab igne. frigeo a pluuia.

Vel si susceptum quod signat siue recessum
Sic a te disco libros, a te ve recedo.

Verba suscipiendi & recedendi.

Verba suscipiēdi uel recedēdi etiā regūt abltm̄ mediāte prępositiōe a uel ab. ut martinus migrauit a sęculo, discede a me. Plautus. Apage a me. i. discede. & est gręcū uerbū, ego mutuaui a ioanne pecuniā, ich habe von Ioanne gelt gelehēt. Differūt audiui a te & audiui de te. Audiui a te. i. ex te. audiui a te. i, tu mihi dixisti. Audiui de te. i. alius mihi de te dixit. In euan. Serue neq̄ʒ qd hoc audio de te. audiui de te famā nō bonā. Nota q̄ abeo, amolior. amoueo. auolo. aufero decedo. deficio. discedo. emo. emigro & similia. regūt hic abltm̄ mediāte p̄positiōe. Cornices grues & hirundines auolant ab hac terra. Aufer a nobis dn̄e iniquitates nostras, nō licet militi iniussu imperatoris sui pręsidio decedere. hęc ciuitas deficit a dn̄o suo. id est recessit ab īperio dn̄i sui. i. rebellauit. Deficio interdū signi. a ductu atq̄ʒ īperio alicui⁹ recedo & quasi rebello. A q̄ Defectio talis recessus, ut ibi. Defectio tenuit me, p persecutorib⁹ delinquētib⁹ legē tuā, ego emi a Ioan

ne librū, Ioannes migrauit ex hac uicinia. Pro abltō hui⁹ regulę quādoq₃ ponitur aduerbiū, ut abi hinc, facesse hinc. Terē. Hæc mulier hinc facessat idest abeat. Alio modo facessere signi. facere. Vir. Matris pręcepta facessit Teren. Vos hinc amolimini. idest fugiatis hinc.

Sunt ablatiui plures rectore soluti
Discere discipuli debent doctore legente

Duo abltī simul positi qnq₃ carēt rectore, ut Sole oriēte dies fit, saluo honore meo, nequeo hoc facere, legati redierūt re infecta. Ioānes abijt hospite insalutato, Ioānes fecit inuito pr̄e. i. cōtra uolūtatē patris, fecit oībus inuitis. Ioānes nescio me, ꝓfectus est, fecisti hoc me incōsulto. Vnde istorū ablatiuorū alter erit participiū, ut Augusto regnāte natus ē christ⁹. Tiberio imperāte crucifixus. Veniūt ad monumentū orto iam sole. Christo opitulante facturus sum. Sępe tamē neuter ablatiuorū ē ꝑticipiū, sed ambo sunt nomina, ut unus nomē, alter ꝓnomē, sed tūc participiū subauditur. Iuue. Credo pudicitiam saturno rege moratā In terris. Vir. Te duce si qua manent sceleris uestigia nostri. Oui. Me duce carpe uiam. Ita etiam, Deo duce proficiscaris. Hora. Nil desperandum teucro duce & auspice teucro Ioannes fecit hoc te magistro, i. tu docuisti eum, quo suggestore hoc fecisti vuer hat dich das geheissen. oder vuer hat dir das geraten. Me ministro non peccabis. Quandoq₃ reperit̄ unus abltūs absolute positus, qui scilicet formatur a uerbo impsonali passiuę uocis, uel a uerbo exemptę actionis, ut dicto de noīe dicendū est de uerbis. Iuuencus. Sed maria audito chrm̄ uenisse cucurrit, Ita etiam Tonante soleo timere.

De absolutione ablatiuorum

Atq₃ loci nomen quandoq₃ regente carebit
Roma militia vel humo, vel rure domoq₃
Rex venit, atq₃ means normam seruabit eandem
Roma rothomago vernone meabit athenis
Seruat idem verbum sine motu dum societur
Nomen plurale vel cui sit regula ternæ
Qui modo rure canit vernone canit vel athenis

Hic ponūtur tres regulę, Prima. Atq₃ loci nomē. Secunda. Atq₃ means Pria regla normā. Tertia. Seruat idē uerbū. Prima regula. Abltūs ꝓprij nomīs loci loci mīoris. minoris simplicis figurę cōstructus cū uerbo uel participio importante motū de loco caret rectore, Non refert in hac prima regula, cuius declinationis, aut cuius numeri, sit nomen, ut heæ literę sunt athenis uenetijs ablatę, unde venis colonia, roma, traiecto. Dicitur in regula abltūs ꝓprij

nominis, quia ablīūs appellatiuorū nominum demptis quattuor in textu positis, præponēda ē præpositio de, ut uenio de templo, uenio de foro piscario, de foro frumentario, de foro boario, Exempla de appellatiuis in textu positis, ut Ioannes reuersus est militia. tolle librū tuum humo, unde uenis, domo. Teren. Timeo ne pater iam rure redierit. Dicitur in regula loci minoris, quia ablto maioris loci etiā præponit ꝓpositio de uel ex, ut uenio de hollandia, de gelria, hic pannus est allatus ex anglia. Similiter ablatiuis ꝓpriorū nominū huius regulæ etiam licet ꝓponere præpositionē, ut uenit de roma, rediit de hierusalem, siue de hierosolyma, & hoc maxime cū fuerit nomen indeclinabile, ut uenio de campis, de zvuollis. de amsterdammis. Rudis enim maiorū nostrorū antiquitas, quin potius (quod cū uenia dictū sit) barbaries, neq; zvuollis neq; campis neq; amsterdāmis, neq; edammis, & sic de multis aliis (de quo admiror) declinauit, Quare nō dicimus zvuollis. lis li lem le, ut collis, aut pluraliter zvuollę zvuollarum, campis pis pi pem, ut turpis aut campus campi. Nunquid non sunt multa noīa quę sub eadē uoce sunt ꝓpria & appellatiua. Nonne Priscia. doctissimus grāmaticorū dat literatis & eruditis uiris licē tiam instituendi uocabula, causam assignans. Alioquin in multis deficeret lingua latina Non igitur iuremus in uerba magistri, sed quod recte dictum sit, amplectemur, Non sic artifices, ut statuarii pictores aurifices fabri lignarii cementarii architecti antiquitatis sunt amatores. Sed undecūq; pñt etiā nullius exemplo operibus suis afferunt elegantiam, nec culpantur ab aliquo sed magis imitantur. Desinant igitur qui hactenus puritatis latinę linguę fuerunt osores, male instituti uiros doctos amodo lacerare, at potius eorū studia labores ac diligentiā imitari, eos ament uenerentur ac merito collaudent. Sed hac de re satis, Ablatiuus huius primę regulę respondet ad hoc quęsitiuū aduerbiū unde, Roma dicta est a robore. i. fortitudine, vnde etiam dicta fuit ualentia. Vel dicta est a Romulo suo cōditore. Plurimi sine aspiratione scribunt

Secūda regula.

Secunda regula. Atq; means. Ablatiuus proprii nominis loci minoris simplicis figurę, constructus cum uerbo uel participio importāte motū per locū caret rectore, ut Ioannes transiuit colonia. i. per coloniam, qua uenturus est rex colonia, Non refert in hac regula cuius declinationis aut cuius numeri sit nomē. Ablatiuus huius secūdę regulę causa tollendi dubii, recte mutatur in accusatiuū & in præpositionem per, ut uenit per coloniam, dauentriam. Ablatiuus huius regulæ respondetur ad hoc quęsitiuū aduerbiū qua. Meare est transire, unde fit nomen meatus. i. transitus. Remeare est redire. Rhotomagum est oppidum quoddam regni francię maritimū, distans ab urbe parrhisia itinere duorum dierum, ubi coquitur crassa cereuisia, ubi etiam fit præstans pannus gallice rovuan. Dicitur pluraliter athenę athenarū, sicut thebę thebarum bruxellę bruxellarū

Tertia regula.

Tertia regula. Seruat idem uerbū. Ablatiuus pro

prij nominis loci minoris simplicis figurę pluralis numeri tātū,uel tertiæ declinationis cuiusuis numeri,cōstructus cū uerbo uel participio nullū motū exteriorē importāte,caret rectore.ut Plato docuit athenis,sanctus Dionysius docuit cōcionat⁹,& passus est parrhisijs,beata lucia est passa si racusis.Cresus habitauit sardib⁹,studui parrhisijs uel in urbe parrhisia. hic liber impressus ē uenetiis,ipē negociat̄ uenetijs.Aureli⁹ Augustinus habitauit carthagine,morabat̄ hippone.Hora.Romę tibur amo,rursus q̄q̄ tibure romā.Ioānes habitat cōstantinopoli,neapoli,parthenopoli.Cō stātinopolis ē cōstantini ciuitas.Neapolis.noua ciuitas.Parthenopolis uir ginis ciuitas est oppidū in saxonia,quod nūc dicit̄ meydburg.Nō addit Alexāder ablatiuū domo,quia nō dicimus.Ioannes est domo,sed domi. Ruri magis legitur quā rure cum uerbo quietis.Terē.Ruri uitā agere so let.Idem Nōne dixisti eum ruri esse.Ita etiam dicimus Ioannes libētius est ruri q̄ domi,ibi ruri ponitur ꝑ rure.Sed cū uerbo significante motū de loco dicimus rure,ut rure uenit,der kumpt uon dem land.Abltūs huius regulæ respōdet̄ ad hoc quæsitiuū aduerbiū ubi

Ad nomen positum sic sæpe relatio fiet
Vt vado romam quæ mœnibus eminet altis

Ad gtm̄ actm̄ uel ablatiuū carentē rectore fit bene relatio grāmatica,ut fui romę,uado romā,uenio roma q̄ est rerū dn̄a.¦Aliud exemplū.Naui go thessaliā quę collibus eminet albis.Eminere sig.extare uel uideri.Oui. Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.Mœnia dicta sunt quasi munia. quia muniunt ciuitatē.i.ciues ipsos.Ioannes studet colonię quę est metro polis germanię.Metropolis est suprema ciuitas.Ad huiusmodi obliq̄s fit etiā relatio aduerbialis,ut eo romā quo tu,quo.i.ad quā.

Queris si possit adiectiuum sociari
Vt debet doctas bonus ire scholaris athenas

Obliquis carētib⁹ rectore licet addere nomē adiectiuū.Oui.Doctas eat inquit athenas.In hymno.Magno salutis gaudio Pullo sedebat,inclytam pergebat hierosolymā.Inclytus nobilis uel gloriosus.Oui.Quoru itis¦ve stras quisq̄ redite domos,Tul.Nonne mauis esse domi tuę q̄ alienę do mi.Ioannes assimilatur equo tibicinis,qui maunlt esse alienę domi q̄ fuę Veni domū nostrā,si domū meā ueneris,referam tibi gratiā.Si interdū significat ap.In euan.Dn̄e si percutim⁹ in gladio,Ita etiam in textu.

Per quo qua vel vbi fit questio siue per vnde
Illuc pergo foras,huc istuc pergis eoq̄
His intro iungas,hac illac pone meando
Hic illic istic intus foris est & ubiq̄

Questio lo calis fit **Hinc illinc istinc remeas foris intus & inde**

Questio localis fit per quo, qua ubi & unde, Vel sic, quattuor sunt aduerbia interrogatiua locorū.s.quo qua ubi & unde, Quo.i.ad quem locum. Qua.i.per quē locū. Vbi.i.in quo loco. Vnde.i.de quo loco. Circa hunc textum multa habētur in cōmentarijs Ioannis Synthen utilia cognitu, q̄ studiosus lector cum uelit legat, Quo qua ubi & unde nō semper capiūtur interrogatiue, sed qn̄q3 etiā relatiue, ut uado illic quo tu.eatis hac qua ego, ego ibi fui ubi tu fuisti, ego inde uenio vnde tu uenis Quo vuo hyn ut quo te percussit. Quo ad quē locū. ut domine q̄ uadis. Quo interdum capitur infinite, ut nescio quo uadam, q̄ me uertā ignoro. Quo quandoq3 signi.ad quid. Hora. Quo mihi diuitię, si nō conceditur uti, Quo.quanto. Oui. Quo plus sūt potę, plus sitiūtur aquę. Quo sig.ut. Cato. Si tibi sint nati, nec opes, tūc artib9 illos Instrue, q̄ possint īopē defēdere uitā, Q3 & quia, quo & ut significāt causā, sed q3 & quia significāt causam efficientē. quo & ut cām finalē, ut nō eo pceptor desidiosum castigat auditorē q3 eū odio habeat, sed quo illū studiosum faciat. Quoquo.i.quocūq3. Vsqueq̄ .i.quādiu, vuie lange. Quousq3. vuie vere. Quorsum uel quorsus significat quo uersus, Ad quo respōdet̄ tripliciter. Primo nominaliter per accusatiuū illi9 regulę. Sępe regē te loci, si fuerit actūs loci minoris, Si fuerit accusatiuus loci maioris nōis appellatiui pcedat ppositio ad. Secūdo rn̄det̄ per priora supina, ut quo uadis, pransum, cenatū cubitum, Tertio respondetur ad quo per aduerbia localia, huc istuc illuc intro foras eo alio aliq̄ ultro citro peregre nusq3, Venias huc.i.ad me, ueniā istuc, i.ad te, unde dicā, aut uenias huc, aut ego ueniā istuc. kum du zu mir oder ich kū zu dir, Illuc da hyn, Teren. Eamus nunc intro. ueniatis intro. kummen hieryn. Idē exi foras scelestę, Scelestus mal9 neq3, Lazare ueni foras, kum hervsz.

Quadruplex iuuenit̄ eo. Primo eo pnomē ablt̄i casus, Secundo eo uerbū. Tertio eo aduerbiū. q̄d rn̄detur ad quo, ut eo per uentū, ut negotia laudet̄ a pluribus, Eo peruentū est ut magis puerisq3 magistris credat̄ Quarto eo cōiunctio idē q̄d pptęrea, ut eo te percussi q3 me lesisti. Alio .i.ad aliū locū, cū scholas uisitat solet alio tendere. Aliquo.i.ad aliquē locū non uadas aliq̄, Vltro & citro significant huc & illuc. Quintilia. Iuuenis solet ultro citroq3 cōmeare. Hęc duo etiā iungūtur uerbo quietis. Cicero Multisq3 uerbis ultro citroq3 habitis ille nobis dies cōsumptus est, Ipse pfectus est peregre. Nusq3 respōdetur ad quo & ad ubi, quo itur9 es, nusq3 Sene. Nusq3 est qui ubiq3 est, Chimera nusq3 est.i.in nullo loco. Oui. Et quā nō inuenit usq3, esse putat nusq3. Nusq3 mihi licet abire, Ad quorsum uel quorsus respondet̄ horsum seorsum sursum deorsum aliorsum antrorsū retrorsum dextrorsum & sinistrorsū, & etiam uersus, ut quorsum uadis forum uersus, domū uersus. horsum.i.huc uersus. seorsum abijt, er gat vff

ein syt von dē volck. Aliorsū.i.in aliā partē uel aliā ptē uersus. Terē. Vereor ne aliorsū acceperis atq; ego feci, Pro antrorsum retrorsum dextrorsum sinistrorsum Cicero dicit ante post ad dextrā ad leuā. Ad qua dupliciter rñdet. Primo noīaliter p ablm̄ illi⁹ regulę, Atq; means. ut rex uenit colonia, uel p actm̄ media ppositioē p, ut rex uenit p germaniā, uenit uia regia. uel p uiā regiā, Scd̄o ad qua respondet per hęc aduerbia hac illac istac ea alia recta aliqua. Hac.i.per hunc locū uel per hanc uiā. Teren. Sequere me hac ocyus.i.citius, hac iter est. hie gat der vueg hyn. Oui. Tendimus huc omnes, Istac, per uiam istā, non eatis istac. Illac.i.per illam uiam, Ea.i.per eam uiam, non ea ibo, sed alia, hoc est nō per eam uiā, sed per aliā Alia.i.per aliā uiam, ut eam⁹ alia. Aliqua.i.p aliquā uiā, siue locū, Recta .i.per rectā uiam. Teren. Cur nō recta introisti. Cicero. Recta uenit ad me Cecus recta uadit ad templū, ipse recta uadit ad inferos, qui hoc agit recta tendit ad inferos. Vbi quādoq; significat postq;, & tunc bene iungitur uerbo motus, In epistola pauli, Vbi uenit plenitudo tēporis. Virgi. Hęc ubi dicta dedit, conuersa cuspide montē Impulit in latus. Salusti. At ubi consulueris mature facto opus est, & sic facit hypotheticā temporalē Sed quādo significat in q̄ loco facit hypotheticā localē, ut ubi pax ibi de⁹ Ad ubi rñdetur dupliciter.s. noīaliter & aduerbialiter, Nomīaliter p genitiuū illius regulæ. Et rectore caret, uel per ablm̄ illius regulę, Seruat idē uerbū sine motu, uel in abltō mediāte ppositione, ut ubi est ioannes, dauē triæ traiecti uenetijs carthagine in hollandia in templo ruri. Secūdo p hęc aduerbia hic illic istic intus foris extrinsecus intrinsecus ibi ibidē passim, p undiq; alibi uulgo ubiq; nusq; peregre. Ita ad ubi etiā respondet militiæ belli domi humi ruri, Intus & foris respondet & ad ubi & ad unde. Donatus In loco & de loco eandē significationē habent, ut intus sum intus exeo, foris sum foris uenio, Intus hynnen, Foris ussen, ut Ioannes prandet intus, prandet foris, Vnde quęrit de loco, ut unde mi Horrestes, quęrit de causa efficiente uel de instrumēto, ut non habentibus unde redderent non habeo unde emā panē, Vnde quando additur dictionibus numeralibus significat uno dempto, ut unde uiginti.i.xix. Ad unde dupliciter respondetur.s, nominaliter & aduerbialiter, Nominaliter respondet ablatiuus illius regulæ, Atq; loci nomē, uel ablatiu⁹ mediāte prępositioē, ut uenio de tēplo de foro de phrysia de hollandia. Secūdo per hęc aduerbia hinc istinc illinc intus foris extrinsecus intrinsecus nusq; inde & peregre, Terē. Abi hinc quo dignus es, hinc uon hin. Istinc uon da her. Qui istinc ueniunt te studiosum dicunt, omnes istinc uenientes te studiosum asserūt Tul. Qui istinc ueniunt te superbū dicunt q̄ nihil respondeas. Donat⁹ assignat causam quare intus & foris respondeantur ad unde, dicens de int⁹ & de foris sic non dicitur quomodo ad foras uel in foras subaudi non dicitur, hoc est quemamodū non dicitur ad foras uel in foras. ita etiam non

dicitur de intus, & de foris Plau. Phileniũ̃ ne hæc quę intus exit. Extrinsecus & intrinsecus aduerbia respondetur ad ubi & ad unde, sicut intus & foris, cũ quibus pene idẽ significant. In euange. Intrinsecus sunt lupi rapaces, vnde petita est hęc cereuisia, intrinsecus extrinsecus, Inde respondet ad unde ut ego inde uenio unde tu uenis. Ergo legendũ est in ultimo ꝟsu Remeas foris intus & inde, nõ unde, Peregre respondetur ad quo, ad ubi & ad unde, ut hoc est peregre, cõstruitur cũ uerbo quietis. Plau. Quia nos eramus peregre tutatus est domũ, Cum uerbo motus ad locũ. In euãge. Homo quidam peregre ꝓficiscens uocauit seruos. Cum uerbo significãte motũ de loco. Plautus. Herus aduenit peregre. i. de peregrinatiõe, Ioannes aduenit peregre. i. de peregrinatione.

Participans quod in ans vel in ens fit dicito presens

De regimine ꝑticipio. Hic auctor determinat de natura & regimĩe participiorũ. Participium habet tres syllabas cõtinue breues, & ideo nõ ponit in ꝟsib⁹ heroicis, ergo Alexã. ubiq; ꝑticipãs ꝓ ꝑticipiũ causa metri ponit, Et dicit ꝙ ꝑticipia in ans & in ens sunt pñtis tpis. Participia in ans formãtur a uerbis primæ coiugatiõis, In ens aũt desinẽtia formãtur a uerbis aliarũ triũ coniugationũ. Eo & queo cũ cõpositis in formãdis participijs pñtis tpis mutant bam in ens, ut ibam iens, quibã quiens, exibã exiens. Alia uerba mutãt bã uel bar ĩ ns, quia illa hẽt e uel a ante bam uel bar. Virgi. Posuit polibã ꝓ pollebã. Omne ꝑticipiũ descẽdit ab aliq̃ uerbo. Participiũ pñtis tpis aliquãdo trahit ad ptm̃ tẽpus. Cice. in principio offi. Quãq; te marce fili iam annũ audientẽ cratippum. i. qui iam annũ audiuisti cratippum. Quãdoq; trahitur ad futurũ tẽpus. Vir. Post aliquot mea regna uidẽs mirabor aristas Ioannes ꝑcutiet percutientẽ se. i. illum qui percutiet. Participia presentis tẽporis qñ q; substantiuãtur, ut accidens, antecedens. consequẽs, animans continens. contingens. confluens. consonans. instans. oriens. occidens. serpens, & plura

Tus sus xus dat præteritum, rus dusq; futurum

Omne supinũ uerbi terminatur in sum uel in tum uel in xum. Et qa ꝑticipiũ ptĩ tpis formaĩ ab ultĩo supino, ideo etiã habet tres terminatiões. s. sus tus xus. Est tñ unũ ꝑticipiũ ptĩ tpis irregulare, q̃d neq; terminaĩ in sus nec in tus nec in xus. s. mortuus a morior. Exẽpla lectus uisus cõplexus nexus. Participiũ futuri tẽporis in rus formatur ab ultimo supino addendo rus. Sed participia in dus dicũtur formari a gtõ participij pñtis tẽporis in ns, mutãdo tis in dus. Participia in rus significãt actiue, sed in dus passiue significant. Nota ꝙ uerbũ habẽs duplex supinũ facit participiũ ptĩ tẽporis a supino breuiori, & participiũ futuri tẽporis a supino longiori, ut pareo paritum & partũ, careo caritum & cassum, A paritum fit pariturus, a partum partus, a caritũ cariturus, a cassum fit cassus, Irascor habet iratũ

& irascitum, ab illo fit iratus, ab hoc irasciturus. Nosco habet notū & noscitum. Inde fit notus, hinc nosciturus, Fruor habet fructum & fruitū. A priore fit fructus, a posteriori fruiturus

Quære per actiua præsens, in rus q́ futura
Quæ dedit actiuū dabit hec eadem tibi neutrum
Sunt per passiua tibi cætera significanda

A uerbo actiuo duo ueniūt pticipia. s. pn̄s & futurū in rus. Eadē pticipia specie formātur a v̄bo neutrali q̄ ab actiuo. Regulę intelligūtur de habētibus supina, ut a lego legēs & lectur⁹, a sedeo sedēs & sessur⁹. Reliqua pticipia fiūt a uerbo passiuo, s. ptm̄ & futurū in dus, ut a legor lect⁹ & legēd⁹ a rado rasus & radēdus. Vnde pticipia in ans in ens & in rus significant actiue, sed pti tpis & futuri tēporis in dus significant passiue, & secūdum hoc etiā habēt regimē, Nota, sunt q̄dā uerba neutra q̄ faciunt tria pticipia. s. neutropassiua, q̄ habēt pticipiū p̄sens, ptm̄ & futurū in rus, ut audeo audens ausus ausurus, legitur etiā audēdus apud Lucanū. Vix famulis audenda parat. Gaudeo gaudēs gauisus & gauisurus, fio fiens factus & facturus, facturus a facio deducit. Itē uerba neutra trāsitiua sępe formāt tria pticipia, aliq̄n quattuor, sic ab aro comedo bibo sto poto taceo ueniunt quattuor. s. pn̄s futurū in rus, ptm̄ & futurū in dus, Sed ptm̄ & futurum ī dus nō ueniūt ab eis tanq̄ a neutris, sed tanquā a passiuis. Pręterea notandū, multa sunt nōia in uoce pticipijs pti tēporis similia, qualia sunt caligatus capitatus chlamydatus crepidatus cristatus cōtatus galeatus hamat⁹ loricatus manicatus nūmatus ocreatus pileatus soleatus togatus torquatus tunicatus, & alia his similia, auritus crinitus fellit⁹ pellit⁹ cerrit⁹, & silia astut⁹ cornut⁹ nasut⁹ & silia, Quæ ideo nōia sunt, quia nō hn̄t uerba a qb⁹ descēdūt. Hamo nō est uerbū q̄ utunť clari auctores, q̄uis dicať in sexto tractatu Petri Hispani. Quidquid hamatur hamo capitur,

Deponens terna tibi dat, comune quaterna

Deponētia uerba sępe faciūt quartū pticipiū. s. in dus, ut loquend⁹ imitādus obliuiscendus patiēdus sequēdus tuēdus, sed tunc deponentia fiunt communia. Ouidius. Pauper amat caute, timeat maledicere paup. Multaq̄ diuitib⁹ nō patienda feret. Idem. Non tibi sic dices phylli sequendus eram. Ita etiam legitur. Oblitus obliuiscendusq̄ meorum. Cicero. Ab his derelictus est a quibus tuendus erat. A uerbo communi quattuor ueniūt participia. s. pręsens. pręteritum & duo futura

Lex tamen est talis q̄ quæ caruere supinis

Deus præualet omnibus, prǫualuit Dauid aduersus Goliam in funda. Patria proprie dicitur locus natiuitatis minor. i. urbs in qua natus es, & construitur aut explicite aut implicite cum his pronominibꝰ possessiuis mea tua sua nostra uestra, ut thessalia est patria mea, ego fui in patria tua. Cū ergo dicitur. Ioannes est in patria, intelligitur sua, alioquin omnis homo esset in patria, si non in sua, saltem alicuius alterius. Abusiue quandoq̧ patria dicitur locus natalis maior. A patria aliqui formant patriare repatriare, quibus non utuntur clari auctores. Diuus tamen Bernardus in quodā sermone utitur repatriare dicēs, Filij adam uolunt repatriare per supbiā,

Aūs ante relatiuum

Sæpe relatiuis conformari reperitur
Præcedens. illi dum præsidet immediate
Sermonem quem vos audistis verus habetur
Vsu cōmuni tamen hoc non debet haberi

Antecedēs immediate positū ante relatiuū sǫpe cōuenit cū eo in casu q̄d nō deberet, quapropter qnq̧ simplex qnq̧ duplex sequit̄ incōueniētia. In euangelio ioannis. Sermonē quē audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. In euāgelio de muliere ad puerū. Et hūc quē modo habes nō ē uir tuus. In epl'a iacobi. Vnctionē quā accepistis maneat in uobis, Virgi. Vrbē quā statuo uestra ē, subducite naues, Plautꝰ. Naucratē quem cōuenire uolui ī naui nō erat. Terē. Eunuchū quē dedisti nobis quas turbas dedit. Hmōi orationes legūtur apud bonos auctores, & possunt dupliciter excusari. Primo per antiptosim. Est aūt antiptosis positio casus pro casu. Qn̄ igit̄ ī exēplis hꝰ regulǫ actūs mutat̄ in ntm̄ sunt latina. Secūdo excusantur ꝑponēdo relatiuū añcedēti, ut quē sermonē, quā urbē. Vbi notandū, multo pulchriꝰ relatiuū prǫcedit q̧ aūs, quia tales orationes passim in claris auctoribus & in carmine & in prosa multǫ inueniuntur. In carmine Ouidius. Sub qua nunc recubas arbore uirga fuit. Idem. Cecidere manu q̧s legerat herbas. Terē. Populo ut placerēt q̄s fecisset fabulas. Idē, Quas credis esse has non sunt uerǫ nuptiǫ. In prosa. In euangelio. Quem ego decollaui ioannem surrexit a mortuis, Item. Quem ego mittam uobis spiritum ueritatis testimoniū perhibebit de me. Cicero. Quos protulit Scipiones fuerunt opinionis & glorię, Quintilia. Nō sustineo eosdē expetere cō uictus, ne quos porrexerim cibos uenena fiāt. Ita etiā & nobis cū imitatione licet dicere. Quas ad me dedisti literas magnǫ mihi fuere uoluptati

Inuenies iunctum possessiuo genitiuum
Vt mea defunctǫ da molliter ossa cubare

Genitiuus quādoq̧ iungitur possessiuo pronomini nō genitiui casus. Ouidius. Vt mea defunctǫ molliter ossa cubent. Vide quō Alexāder

uersum Ouidij pentametrũ in hexametrũ cõmutauit, nolẽs heroico carmini uersũ pẽtametrũ inserere. Idẽ. Nostraq; ipsorũ mutãtur corpora Cicero. Meũ solius peccatũ corrigi nõ potest. Brutus. Qui uestris paucorũ respondet laudibus. Boetius. Solãtur mœsti nũc mea fata senis. In euãge. Et tuã ipsius animã pertrãsibit gladius, In libro psalmorũ. Domine exaudi uocẽ meã clamãtis ad te. In libro regũ. Sustulit filiũ de latere meo ancillę dormiẽtis. Exẽpla huius regulę nõ solũ nihil habẽt uitij, immo sunt pulchrę locutiones & imitandæ. Vnde dicimus, diligo te quẽadmodũ meũ ipsius cor. Mea solius interest. nostra paucorũ interest, est meus ipsius liber, Non licet in exẽplis huius regulę, ꝓnomen possessiuũ resoluere in genitiuũ sui primitiui, quia sic uel oratio non esset latina, uel mutaretur sententia, quia liber meus solius, est oratio latina, sed liber mei solius non est oratio latina, Vel mutaretur sententia quando mutaretur possessiuum in genitiuũ primitiui, ut amor meus ẽ quo ego amo, sed amor mei q̃ ego amor. Cura mea sig. actiue quã ego habeo. Cura mei passiue q̃ de me habẽt, ut sit tibi cura mei, hab minẽ sorg. Sic mẽoria mea sig. actiue, mẽoria mei passiue. Quare (ut existimo) Eccl'iasti. xxiiii. Ego quasi uitis fructificaui &c. ubi legit. Mẽoria mea ĩ gñatiõe sęculorũ, mẽoria mei est legendũ

Sæpe relatiuum pro patre refertur ad ipsum
Vt mea scripta legis qui sum submotus ad histrum

Relatiuũ sępe referẽ ad ꝓnomen positum pro primitiuo, uel sic. Relatm̃ sæpe refertur ad pronomen possessiuũ tanq̃ primitiuum. Ouidius. Nec mea scripta legis qui sum submotus ad histrum. Hister fluuius est scytharum, in libro iob. & uestigia pedum meorũ considerasti qui quasi putredo consumendus sum. In epistola Pauli, Scripta sunt ad correptionem nostram in quos fines seculorũ deuenerunt. Terenti. Omnes laudauere fortunas meas qui haberem filium ingenio prædictum. Ita etiam dicim⁹, habes librũ meũ qui sedeo, liber est meus qui curro. In his orationib⁹ refertur primitiuũ, q̃d tamẽ ꝓ antecedente poni nõ licet, quia aliud significo dicẽs. tu legis scripta mea & tu legis scripta mei, scripta mea q̃ ego scripsi sed scripta mei q̃ alius scripsit de me. Et sic exẽpla huius sicut etiam regulę prædictę nihil habẽt uitij, immo sic loquendum est & nõ aliter

Ponis ob id solum præcedens sæpe quod inde
Certa relatio fit. tua virga tuus baculusq;
Ipsa mihi vere prebent solatia vitæ

Antecedẽs sæpe poniẽ absolute causa relatiõis. i. ut relatiuũ habeat locũ in constructione, ut in libro psalmorũ. Dominus ipse fecit nos & non ipsi nos. Dominus in cælo sedes ei⁹. Virga tua & baculus tuus ipsa me conso

lata sũt, Virga .i. tribulatio. bacul⁹ tu⁹ .i. cõsolatio. Estatẽ & uer tu plasma sti ea, lunã et stellas q̃ tu fũdasti. habitãtib⁹ i regiõe umbrę mortis lux orta ẽ eis. Hęc absolutio fit cũ relatiuũ & ãns habet tãtũ unũ uerbũ, & tũ relatiuũ & antecedẽs uolũt regi a diuersis uerbis uel ab uno gemĩato. Quilibet casus pręter vtm̃ ponĩt absolute causa relatiõis, & etiã causa breuitatis. In exẽplis h⁹ regl'ę ãns & relatm̃ sũt eiusdẽ casus, Pręterq̃ hoc. Dñs ĩ ce'o ei⁹, q̃uis ibi relatm̃ nõ sit nti cas⁹, tũ annexũ relatiui .s. sedes ẽ nominatiui cas⁹.

Ad verbum sępe vel adiectiua relatum
Inuenies. fugis aut pigeres mihi quod procul absit.

Sæpe fit relatio ad uerbũ uel ad nomen adiectiuum. Exemplum primi. Terentius. In tempore ad eam ueni, quod omnium rerum est primũ. Idem Quod isti fortunatum putant uxorem nunq̃ duxi. Si ioannes q̃d deus auertat, quod deus ꝓhibeat non redierit intestatus decesserit petrus habebit omnia eius bona. Si tibi (quod minime uelim) mali quippiã acciderit. ego feram tibi opem. Exemplum secundi In euangelio. Diabolus ẽ mendax & pater eius subaudi mendacis, quia omnes mendaces dicũtur filij diaboli. In epistola Pauli, Omnis fornicator aut immundus aut auar⁹ quod est idolorum seruitus. Tullius. Qui uirtute prǽditus est quod est diuitiarum proprium, hic suis rebus contentus est, In exemplis huius regulæ relatiuũ erit neutri generis, siue relatio fit ad uerbum siue ad adiectm̃ quia quando fit relatio ad uerbũ, illud uerbũ mutatur in infinitiuum qui nominaliter positus est neutri generis, Vel mutatur in nomen uerbale, ut in actibus apostolorũ. Quem deus suscitauit a mortuis cui⁹ nos testes sumus, cuius subaudi suscitationis. Quando relatiuũ refert nomen adiectiuum, refert illud in neutro genere. Et ideo exempla huius regulæ non solum nihil habent uitij, quin potius sunt pulchrę locutiones, præsertim q̃n in eis fit figura parenthesis .i. interpositio.

Relatm̃ stat materialr.

Pro sola voce supponit sæpe relatum
Quamuis pręcedens supponat significando
Dat deus aureolam quod nomen habetur ab auro

Relatiuũ q̃nq̃ stat materialiter .i. ꝓ sola uoce, cũ tamẽ antecedẽs stet personaliter .i. significatiue, ut in euangelio, Inuenimus messiam, quod interp̃tatur christus. Tu uocaberis cephas quod est petrus. Iesus dixit surdo & muto effeta quod est adaperire. Rabbi quod interpretatur magister. Et crucifixerunt eum in golgatha, quod est caluarię locus. Deus dat doctoribus, martyribus & uirginibus aureolã, quod ab auro deriuatur, q̃d subaudi nomẽ aureola. In exemplis huius regulę relatiuũ est neutri generis. quia materialiter positũ est neutri generis. Ad bene intelligendam & hãc

& sequentē regulā, utile est noscere tria genera suppositionū, Vnde suppositionum alia personalis, alia simplex, alia materialis. Personalis suppositio est quādo loquimur de ipsa re, ut aurū est in arca diuitis, ibi aurū supponit personaliter. Simplex suppositio est, quādo loquimur de conceptu .i. cogitatione, ut aurū est in corde auari, ibi aurū supponit simpliciter. Materialis suppositio, quādo loquimur de ipsa uoce, ut aurum ē generis neutri, ibi aurū supponit materialiter, Ab aureus fit diminutiuū aureolus la lum .i. ex auro factus. Et sic aureola ꝓprie est adiectiuū, ut aureola corona, aureola serta. Substantiuatur aureola, & significat ꝓprie aurea coronā, Aurea .i. uisio dei. est essētiale premiū sanctorū. Sed aureola .i. aurea corona, e st accidentale premiū sanctorū .s. doctorū martyrū & uirginū. Messias hebraice, Christus grece, & unctus latine sunt eadē nomine .i. synonyma, hoc est eandē habētia significationē. Aurū ab aura .i. splēdore dictū ē. Sunt qui a greco dictū putent quasi oreon .i. pulchrū, decorū. Alij dictū putant, quia ꝑcipue custoditur, græci enim oran custodire dicunt. Hippocrates medicus a nomine inuentoris id dictum putat, qui aurios uocitatus est. Nonnulli ab auertendo deductum arbitrantur q̃d mentes hominū auertat, Virgi. Quid non mortalia pectora cogis. Auri sacra fames. Oui. Auro pulsa fides, auro uenalia iura, Alij a sabinis translatum putant, quod illi ausum. Aurum ideo pallere dixit Diogenes quod omnes insidiantur auro. Aurifex faber aurarius, ein goltschmit, Aurigo est regius morbus. die gelsucht

Estq; relatiuis precedens materiale
Nomen equiria sit. nobis placet illa videre

Antecedēs q̃nq; supponit materialiter, cū tamē relatiuū stet personaliter .i. significati e formaliter Oui. ij. fastorū circa finē. Iamq; duæ restant noctes de mense secundo. Marsq; citos iūctis curribus urget equos. Ex uero positū permāsit ecuria nomā, Quæ de⁹ in cāpo prę stitit ipe suo, Ecuria siue equiria erāt festa siue ludi equestres, qui romę in cāpo martio ad honorē martis fiebant. Et possunt a nobis dici certamīa cū equites hastis inter se concurrunt quod vulgo seu potius gallice dicitur torniamētū vulgo ein steckspyl. Conspicitur adhuc romę (ut dicit Ioannes tortelli⁹) in cāpo martio ecclesia quę sancta maria in ecuria uocitatur, Alia exempla iesus interpræetatur saluator, quia mundus per ipsum saluatus est. Homo qui ab humo deducitur est animal rationale, homo deriuatur ab humo eo q̄ is ex humo sit factus. Termin⁹ immediate ꝑcedēs hęc verba interpretat̄ passiue acceptū deriuatur deducit̄. accipit̄ sumit̄, descendit. originē trahit. significat. frequenter supponit materialiter

Sæpe relatiuum permutat significatum
Sunt domini quæ nos fecere manus crucifixæ.

Relatiuū quādoq3 aliud significat q̄ antecedēs, cū scilicet antecedēs ē nomē ambiguum & pro alio refertur significato, ut in exemplo textus q̄d sumpsit Alexander ex quadam antiphona paschali cuius initium ē. Ego alpha & o, ubi dicitur, manus meę quę uos fecerunt clauis confixę sunt, Est em̄ manus nomē ambiguū. Manus a muniendo est dicta, & primo significat notum hominis mēbrum, Inde fit compositum vnimanus qui unam habet manū Secundo significat multitudinē hominū, ut ibi. Misit herodes rex manus suas. Tertio significat potestatē, Salusti⁹. Victoria uobis est in manu. Accipitur etiam pro defensione, ut In manus tuas commendo spiritum meum Ponitur pro uindicta, ut manus domini tetigit me. Et pro auxilio, ut manus mea auxiliabitur ei. Alia exempla, canis latrat in domo qui fulget in cœlo, taurus boat qui micat. Taurus dicitur quasi torue uidens & est etiam nomen ambiguum. Primo significat bouem marem uulgo. ein stier. Etiam est sydus uel celeste signum, & sic dicimus, sol est in tauro in mense scilicet aprili. Est etiam mons in sicilia, Item nomen auis quę grauem habet uocem sicut taurus Est etiam proprium nomen uiri. Ita etiam canis est animal domesticum latrans inter cętera animalia homini magis amicum. Est piscis marinus. Est sydus cęleste.

Quando antecedens significat rem uiuam & relatiuum rem mortuam aut econuerso, fit hęc regula. Ioannes heri ambulabat in foro qui nunc sepelitur ī cœmiterio Cœmiteriū gręce significat latine dormitorium eo q̄ ibi dormiūt corpora christianorū, ego comedi lupum qui heri natabat ī schalda. Lupus est piscis uorax quē uulg⁹ luciū appellat. Sturio nunc uēditur in foro piscario qui heri captus est circa vollenhoe. Sturio teu. ein ster, quē vulgus rhombū uocat, cū tamē rhōbus sit quidā ali⁹ piscis plan⁹ Qñ añs signi. imaginē & relatm̄ rē uiuā aut ecōuerso fit hęc regula Cicero. Tactus ē fulmīe Romul⁹ qui cōdidit hāc urbē Cras circūferet sanct⁹ Michael qui est patronus ecclesiæ Svuollensis, patronus defensor. Beata uirgo Maria ē in aquis q̄ ē adiutrix oīm: ipām inuocantium.

Et numerum mutat. hominem diuina potestas
Plasmat, eosq3 marem factor creat & mulierem

Relatiuū quandoq3 mutat numerum sui antecedentis. In Genesi. In die qua creauit deus hominē, ad imaginē & similitudinē suā fecit illū, masculum & fœminā creauit eos. Quod exēplū auctor tāgit in textu. Plasmo fingo formo. Plastes dicit̄ qui artē figulinā exercet, hoc ē figul⁹. Op⁹ ipm̄ dicitur plasma. A quo quidā plasmare uerbum deducunt. Protoplast⁹ sine litera u scribitur, & dicitur primus formatus, i. primus homo Adam. Si allegato exemplo diceretur, masculum & fœminam creauit eum, cre

dere possemus primũ hominem fuisse androgynũ siue hermaphroditũ, qualis dicitur fuisse filius mercurij ac ueneris, Androgynus is dicitur qui uir est & femina.i.qui habet utrunq; sexum, nam cõponitur ab andros,i, uiri, & gynes idest feminę quasi ex uiro et femina Hermaphroditus cũ ph aspirato.i.latino & t exili scribitur, fuit mercurij filius ac ueneris, ex quorũ nominibus cõpositum ipse nomen habuit. Nam hermes ẽ mercurius & aphros spuma.i.uenus quę ex spuma maris nata dicitur, Etiam pro eo qui utrunq; sexum habet accipi consueuit. Mercurius fuit uir eloquentissimus. Venus fuit pulcherrima feminarũ, & quia filius ex eis natus ualde fuit eloquẽs, ut pater eius hermes.i.mercurius, ac mirę pulchritudis, ut mater ei⁹ aphrodi.e.i.uen⁹ ideo fortasse datus ẽ locus fabulę filiũ mercurij ac ueneris fuisse androgynũ siue hermaphroditũ. Alia exẽpla textus. Boetius, Quid uero si corpus spectes imbecillius homine reperire queas, q̃s sępe muscularũ q̃q; mors⁹ necat, Tulli. Si tẽpus ẽ ullum hoĩs occidendi q̃ multa sunt. In his oratiõib⁹ ãns stat pro natura cõmuni quæ pro multis accipitur, ideoq; potest habere relatiuũ pluralis numeri

Inuenies positum sine pręcedente relatum
Ipsa petenda mihi Iuno de pellice dixit
Flens magdalena quærit si sustulit illum

Relatiuũ quãdoq; ponit̃ sine antecedẽte. Oui. Ipsa petẽda mihi ẽ, ipsam si si maxima Iuno. Rite uocor perdã. In euãge. ioannis. Dñe si sustulisti illũ dicito mihi ubi posuisti eũ, In quib⁹ orationib⁹ propter affectum odij uel amoris nõ exprimit̃ ãns, quãuis melius uidetur demõstratiua pronomĩa q̃ relatiua. Pellex dicit̃ femina quę habet uirũ & alteri cõdormit uiro. & scribit̃ cũ ll gemĩato & refertur ad uxorem. Iuno in prima tragœdia Senecę queritur cœlũ pellicibus esse plenũ.i.concubinis mariti sui iouis, Pronomina reciproca nunq; possunt poni sine antecedẽte, ergo nõ dicitur latine, ego dicã sibi. Quãdoq; antecedẽs intelligit̃ in uerbo. Iuue. Sunt quibus est sola uiuẽdi causa uoluptas. Hora. Argentũ uestes getulo murice tinctas. Sunt quę nõ habeãt. est⁹ quo non curat habere. Relatm̃ q̃ñ q; sine ãnce dẽte ponit̃.

Indefinite præcedens siue relatum
Sæpe locas nullum designans inde locatum
Cuncta timent hominem quia præsidet ipse creatis

Antecedẽs & relatiuũ q̃nq; ponũtur ĩdefinite.i.cõfuse ꝓ natura cõi, & nõ ꝓ singulari supposito, ut oĩe aĩal timet hoĩẽ qui est princeps creaturarũ. Q̃nq; solũ ãns stat ꝓ natura cõi, ut in exẽplo Boetij p̃dicto, Quid ĩbecillius hoĩe q̃s muscularũ morsus necat. Quandoq; solum relatiuũ stat pro natura cõmuni, ut Ioannes est homo qui est princeps animantium.

Quãq; utrũq;.i.añs & relatm̃ stat ꝓ natura cõi, ut in primo exẽplo & ĩ exẽplo text⁹, ut etiã hic. Ioãnes & petr⁹ biberũt uinũ q̃d nocet febricitãtibus Vbiq; locorũ ẽ corp⁹ q̃d ẽ longũ latũ & crassum, Natura cõis ẽ genus uł spẽs. Presidere signi. p̃esse, principẽ esse & regit dñm, ut q̃s p̃sidet huic urbi uel ꝓuinciȩ. Virgi. Arces q̃b⁹ altus apollo p̃sidet. A q̃ p̃ses & p̃sidiũ. Prȩses ẽ qui maius in urbe aut ꝓuincia imperiũ habet. Prȩsidiũ latini proprie appellarunt p̃fectũ aliquẽ cũ parte militũ, qui ad custodiã & defensionem alicuius arcis aliusue loci prȩsideat. Sed per translationẽ om̃e auxilium & salutis propugnaculũ prȩsidium dicunt

Et personalem permutat proprietatem
Vt domino benedic aqua quæ celos superextat
Sed non est nobis imitanda relatio talis

Relatiuũ qñq; mutat personã uerbi sui.i. habet uerbũ alterius personȩ q̃ deberet, ut in psalmo trium puerorum.i. ministrorum, benedicite aquæ quæ super cœlos sunt domĩo. In libro psalmorũ. In atrijs tuis hierusalem hierusalẽ quȩ ȩdificat̃ ut ciuitas Verbũ relatiui conueniet in persona cum antecedente. quãdo ergo fit relatio ad ṽm, tũc uerbũ seq̃ẽs relatiuum erit secundȩ personȩ. nõ tertiȩ. ut ego qui curro, tu qui curris, pater noster qui es Sed quia omne relatiuũ ẽ tertiȩ persone, & utõ caret. ideo uerbum relatiui dimissa ꝓprietate, idest persona sui antecedentis, conformat se in tertiũ personȩ relatiui, ut in exemplis allegatis quȩ non sunt nobis imitanda, cum sint a claris auctoribus per priuilegium dicta.

Non des ad vocem quandoq; relata. sed ad rem
Nominis. est bona gens deus est protector eorum

Relatiuũ quãdoq; nõ refertur ad uocẽ antecedẽtis, sed ad rẽ ei⁹, & ideo explicite cũ eo nõ cõuenit. In libro psalmorũ. Dom⁹ israel sperauit in domino, adiutor eorũ & ꝓtector eorũ ẽ. domus israhel. idest iudȩi, In euãge Reges gentiũ dominãtur eorũ, gẽtiũ.i. gẽtiliũ. In actib⁹ ap̃lorũ. Quia recepit samaria uerbum dei, miserunt ad eum petrum & ioannem, samaria.i. samaritani. Et alijs in locis, Populus hic me labijs honorat, cor autem eoꝝ longe est a me, Item & nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadragita quattuor millia qui empti sunt de terra, millia subaudi uiroꝝ. Itẽ plangent eum familiȩ domus dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum eorum subaudi uirorũ. Istȩ orationes non sunt congruȩ secundum uocẽ uel explicite, sed secũdum rem & implicite, quia aliud antecedẽs subauditur cum quo relatiuũ cõuenit. Vel potest dici q̃ prædictȩ orationes sunt congruæ per priuilegia nominũ collectiuorum. Quæ sint priuilegia nominũ collectiuorũ dicemus in declaratione regule seq̃ẽtis. Adiectia mõ

Sed q̄rit̄ quid differt hęc regula ab illa q̄ superi⁹ est dicta, Ad partē uocis, ex q̊ utrobiq̧ relatīū referat nō ad illud an̄s q̄d ē expressum, sed ad aliud subintellectū, Hic an̄s semp ē nomen collectiuū, ibi uero nunq̧

Adiectiua modo poni reperimus eodem
Pars hominum validi turres & menia scandunt

Adiectiuū qn̄q̧ nō couenit cū substātiuo secūdū uocē uel scd'm rē, ut in exēplo textus, Pars hoīm ualidi turres & mœnia scandunt. Vir. Pars & certare parati. pars. i. aliqui. Idē. Pars mersi tenuere facē. Idē Hic man⁹ ob patriā pugnādi vulnera passi. Sta. Tacitis huc gressibus acti Deueniūt peritura cohors. Liui⁹. Magna pars in agrū delati, sicut in exēplis regulę p̄dictę an̄s, ita & hic substātiuū ē semp collectiuū nomē, q̄d uirtualiter ē pluralis numeri. ¶ Collectiua noīa sunt hęc, cętus clerus ciuitas cohors contio dom⁹ ecclesia exercitus gens legio man⁹ natio pars plebs populus synagoga turba. Itē ars sciētia & uox interdū etiā sunt collectiua. Clerus est multitudo clericorū, Dom⁹, p familia siue, p genie est collectiuū nomen, sed domus. ein husz. est nomē nō collectiuū, Manus, p multitudine ē collectiuū. Pars cū significat partē magnitudinis est nō collectiuū Synagoga congregatio. Priuilegia nominū collectiuorū sunt. Nomē collectiuū singularis numeri potest sibi apponere adiectiuū pluralis numeri, ut patuit in exemplis huius regulæ. Nomen collectiuū singularis numeri potest sibi apponere uerbū pluralis numeri, ut ostendemus in regula sequenti. Antecedēs collectiuū singularis numeri potest sibi apponere relatiuum pluralis numeri, sicut patuit in exemplis regulę prędictę. Non des ad uocem. Exempla huius regulę nō explicite, sed implicite sunt congrua, quia nomen collectiuū uirtualiter est pluralis numeri

Sunt ablatiui plurales distribuenti
Huic etiam verbum reperis plurale locatum
Vtraq̧ formosę me iudice sunt venerandę
Sed non est nobis constructio congrua talis

Prima pars regulæ. Adiectiuū pluralis numeri inuenitur iunctum distributiuo singularis numeri. Oui. Vtraq̧ formosę paridi potuere uideri. Cum dixit ueneri uincis utramq̧ deam. Idē. In magnis lesi rebus uterq̧ sumus. Idem. Impliciti laqueis nudus uterq̧ iacent, uterq̧ scilicet mars & uen⁹. Vtraq̧ licet in uersu penultimā corripiat, tamē in prosa habet in eadem syllaba accentum. Secūda pars regulæ. Distributiuū uel collectiuum singulare sæpe iungitur uerbo plurali. Vir. Pars in frusta secant uerubusq̧ trementia figunt. Idem. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. pars. i. aliqui. Oui. Artis & ingenue cultor uterq̧ sumus, In euā.

Cum turba plurima conueniret & de ciuitatibus pperarent ad iesum, Item. Ois israhel plāgebāt eum. Ois israhel incircūcisi sunt. Sepelierūt eū omnis cognatio. In libro psalmorū. Synagoga potentiū quęsierūt animā meā. Attēdite popule meus. Ista duo genera orationum nō explicite, sed implicite sunt congrua, quia distributiuum & collectiuū nomē plura significant, ideo secundū rem siue uirtualiter sunt pluralis numeri.

Impersonalis fit demonstratio sæpe
Sal monstrans dicit te misit aquis heliseus

Demōstratio psonalis — In scripturis sæpe legitur impsonalis demōstratio. Duplex ē demōstratio. s. personalis & impersonalis. Demōstratio personalis est cū res uel persona demōstratur, q̄ eadē numero denotatur. Vir. Hic uir, hic tibi quē pmitti sæpius audis. Hoc est corpus meū, hic homo multa signa facit. Demonstratio impsonalis ē cū aliqua res demōstrat̄ q̄ non est eadē numero sed eadē specie putatur, ut hæc herba crescit in horto meo, hoc uinū potaui. i. talis herba, tale uinū. Duplicia sunt demonstratiua. s. nomina & pnomina Demonstratiua nomina faciunt demōstrationē impersonalem qualia sunt tot talis tantus, ut talē cibum ego nunq̄ comedi. tot florenos nunq̄ habui. Pronomina uero demōstratiua pprie faciūt demonstrationem personalē, contingit interdū ea facere demonstrationē impersonalē, ut qn̄ pnomē hic accipitur p talis, ut hunc cibū nunq̄ comedi, quis est hic & laudabimus eum, hic. i. talis. In exorcismo salis ipsum demōstrādo dicit exorcista, deus per Heliseū pphetā iussit te mitti in aquā. Exorcista uel exorcistes qui exorcizat. Exorcizo significat adiuro uel benedico, beschvueren, oder benedien. Homo ille nouit exorcizare dæmonem. Exorcismus, adiuratio. In consecratione fontis multę fiunt demonstrationes impersonales, ut qui pedibus super te ambulauit, qui te in chana galileę in vinum mutauit. In quibus exemplis est abusio pnominum demonstratiuorū, quod fit per tropū, Ita etiā, hodie natus est christus, hodie surrexit christus, idest in tali die qualis est dies hodierna

Equiualens geminis harum si iungitur vni
Dictio, pro reliqua tantūmodo debet haberi
Si visu cecum visu dic esse carentem

Si dictioni q̄ tātū significat quātū alię duę, una illarū quib⁹ ęquiualet iungatur, accipit̄ p altera tm̄, ut cecus ęquiualet his duabus dictionib⁹ carēs uisu, quod si dicas cecus uisu, iam cecus accipitur p carēs. Quicunq̄ significat omnis qui. At cū dicimus. Omnis quicunq̄ inuocauerit nomen dn̄i saluus erit, tunc quicunq̄ accipitur p qui. Cedo significat do locū, q̄d si dicas cedo locū iam cedo nō plus significat quā do. Perhibeo significat testimoniū do. ut Augustinus perhibet. Cum uero dicimus perhibeo te-

stimonium, tunc perhibeo tm̃ significat do, ut si male locutus sum perhibe testimoniũ. Feteo significat male oleo. At cũ dicitur, cadauer male fetet, iam fetet nihil aliud signi. q̃ o'et, Olere est genus ad redolere & ad fetere, sicut sentire est genus ad hęc quinq̃ uidere audire odorare gustare & tangere. Ita etiã cũ dicemus, adeo ad ioannẽ, adeo significat eo. Cũ dicimus, exeo ex domo, exeo signi, eo, In his exemplis & similib⁹ fit figura pleonasm⁹, q̃ fit qñ dictio abũdat in orõne. Quidã cũ dicit sanctum pneuma, putant esse hui⁹ regulę exẽplũ, sed fallũtur. Nõ em̃ pneuma sig. sãctũ spiritũ, sed tm̃ id q̃d spũs. Itẽ per istã regulã potest dici ad instar.

Quando negatiuum verbum constructio iungit
Obliquum per non exponere cõuenit illum
Aut simul exponi debet constructio tota

Obliqu⁹ negatiuus rectus a pte posteriori debet resolui p obliquũ affirmatiuũ & aduerbiũ negatiuũ, uel tota orõ actiua mutabit in passiuã, ita ut obliqu⁹ fiat rectus. Hęc oratio, neminẽ uideo, sic potest resolui, neminẽ .i. nõ aliquẽ uideo, uel sic, neminẽ uideo .i. nemo uidet a me, Ista resolutio eodẽ modo fit in aduerbijs, ut nũq̃ uidi .i. nõ vnq̃. Ista resolutio fundat i prima regula ęquipollẽtiarũ, s. si alicui signo pticulari pponatur negatio, ęquipollet suo cõtradictorio. Hęc resolutio nõ est necessaria, sed tãtum est necesse obliquũ negatiuũ ordinare ante uerbũ. Cõtingit interdũ nõ posse mutare obliquũ negatiuũ. ut hic, Nullũ filiũ suus pater debet odio habere, si hic fieret ista resolutio, tũc relatiuũ pcederet in cõstructione antecedẽs, sic resoluẽdo, nullũ, p nõ & ullum, ut suus pater nõ debet habere ullum filiũ odio. Intelligit ergo illa resolutio quando non est relatio.

Fiet asymbama sine recto clausula plena
Me tedet vitij. placet illi iura tueri

Priscia. Eas quidẽ cõstructiões q̃ p ntm̃ absoluũtur, stoici symbamata .i. cõgruitates appellabãt, ut Appollonius ambulat. Quãdo uero ntõ necesse ẽ obliquũ adiũgi parasymbamata .i. min⁹ cõgruitates dicebãt, ut Cicero patriã seruauit. Cũ aũt solos obliq̃s hẽt oratio asymbamata .i. incongruitates uocabãt, ut placet mihi ad te uenire. Hęc Priscia. Symbama gręce, latine dicit cõgruitas. Asymbama incõgruitas. Qñ igit uerbũ impersonale cũ obliq̃ constructũ perfectã facit sententiã sine ntõ & uerbo personali, fit asymbama, ut interest magistri docere discipulos. Symbama parasymbama & asymbama sine s uidentur scribenda.

Quæstio fit si fiat in his constructio duplex
Huic placet esse probo. nobis placet esse peritos

Hic auctor mouet duas q̃stiones de asymbamatib⁹, an latine dicatur

placet huic esse, pbo. Et an etiã. latine dicat̃, placet nobis esse peritos Solutio questi onũ, prior ẽ cõgrua, quia v̾bũ substãtiuũ copulat similes casus. Martia. Quid faciet cui nõ licet esse clienti. Oui. Et magis infirmo nõ licet esse mihi. Altera q̃stio admittit̃ & excusat̃ auctoritate Luca, Nobis expedit esse doctores. Terẽ. Expedit bonas esse uobis. In Isaia. Nũquid parũ uobis est molestos esse hoib⁹. In his & similibus orationibus subauditur añ infinitiuũ esse actũs, & sic uerbũ substantiuũ copulat siles casus iplicite, ut nobis expedit, subaudi nos esse doctores, placet nobis subaudi nos esse peritos. Melius tamẽ diceretur, placet nobis esse peritis

Iungere consimiles debet coniunctio casus

Quam nisi preterquã similẽ retinent sibi formã

Cõiunctiões copulatiue & disiũctiue, & dictiões in textu posite & q̃dam alie his siles, copulãt siles casus, nisi affuerit dictio potẽs regere diuersos casus, Sed notãdũ. Cõiunctio ex sua natura neq̃ copulat similes casus neq̃ dissimiles, sed quoscũq̃ casus dictio regẽs potest regere, illos etiam cõiunctio põt copulare. Cũ ergo dictio regẽs diuersos regit casus, tunc etiã cõiunctio eos copulat, ut liber meus & fratris, est liber tuus an ioannis, mea & ioannis interest. Plenũ gratiæ & ueritatis. Notãdũ q̃ at & ast nõ sunt cõiunctiones copulatiue, sed aduersatiue, quia significãt idẽ q̃d sed. At etiam ponit̃ p saltẽ. Vir. Si gen⁹ hũanũ & mortalia temnitis arma. At sperate deos. Sperate .i. timete. Ast nõ reperit̃ nisi apud poetas. Que ne ue nisi geminẽtur debẽt postponi. Quã copulat similes casus, ut auditor ille ẽ tã rudis q̃ stipula fabalis. Tã diligo te q̃ meipsum. Nisi uult cõiungere magis & min⁹ cõmune, ergo hæc nõ est bona exceptio. Nullus hõ currit nisi asinus, sed ista ẽ bona exceptio, nemo nisi ioannes hoc fecit. Nisi quãdoq̃ significat preterq̃, ut quis nisi fatuus hoc diceret. Claudianus. Quis nisi mentis inops oblatũ respuat aurũ, quis nisi stultus hoc faceret .i. pterq̃ stultus. Nisi q̃nq̃ signi. si nõ. Teren. Nisi me animus fallit, profecto hic est annulus, nisi me animus fallit .i. si nõ erro, nisi fallor ille est ioannes. Quanq̃ quãuis licet & similes cõiunctióib⁹ additis .s. quã nisi preterq̃ etiã pñt copulare siles casus, & idẽ significãt, ut multi licet diuites misere uiuunt

Actum siue pati signare gerundia possunt

Atq̃ supina per hoc datur his cõstructio duplex

Si tamen a verbis veniant signantibus actum

Hec delectatur in spectando quasi pulchra

Gerũdia & supina q̃ fiũt a v̾bis trãsitiuis & actiue & passiue significant & scd̃m hoc pñt habere utriusq̃ uerbi regimẽ, q̃uis hoc ipsum Priscian⁹ affirmet, tñ gerũdia in di & in dũ sepius actiue capiuntur. Sed in do desi-

nētia nūc actiue nūc passiue ponūtur. Actiue Persi. Nec liceat facere id q̄d uis uitiabit agēdo.i.dū agit. Ouidi. Quinetiā accēdas uitia irritesq; uerando.i.dū uetas. Basilisc⁹ uidēdo interimit hominē.i.cū uidet. Passiue Vir. Carpit em̄ uires paulatim uritq; uidēdo Fœmina, uidendo.i, cum uidet. Idē. Alitur uitiū uiuitq; tegēdo.i.dū tegit. Idem Frigidus in pratis cantādo rumpit āguis. Cātare incantare obcantare, fascinare, verzouberen. Idē de Didone loquēs ait. Egrescitq; medendo, ibi medēdo significat passiue, Priora supīa sępi⁹ actiue significāt. ut eam⁹ auditū missam, eamus uisum, eamus pransum, ueni potū, Ioannes iuit emptū pisces, iuit obsonatū Posteriora supina semper passiue significant, ut hoc est facile dictu, turpe dictu.i.ut dicatur. Notādū quādo primū supinū cōstruitur cum infinitiuo ire, significat actiue, & habet regimē uerbi passiui. Gerundia & supina a uerbis neutris non possunt significare actiue & passiue, & ideo dicitur ī textu. Si tamen a uerbis ueniant signantibus actum

Deq; gerundiuis quæ sum gerit esse videtur
Quæstio. si triplex illis constructio detur
Presbyter essendi causa vis clerice radi
Militis essendi causa precor arma parari
Essendi regem causa me posco iuuari

Hic auctor mouet tres quęstiones de gerundijs uerbi sum.s. An scilicet tria exempla textus & alia eis similia sint congrua. Quamuis Donat⁹ ponat essendi essendo essendū gerundia a sum, in claris tamē auctoribus rarissime inueniūtur, quāuis dialectici & philosophi eis utantur dicentes Octo sunt modi essendi in. Nec usurpanda, sed pro eis utamur infinitiuo esse. Non ergo dicamus sum cupidus essendi doctus. sed cupidus esse doctus. Quam em̄ constructionē haberet gerundiū essendi, eandem habet infinitiuus esse. Ita etiam nō dicimus fiendi.do.dum, sed pro illis utemur infinitiuo fieri Prima oratio quam ponit Alexander, Presbyter essendi causa uis clerice radi, sic excusatur, quia gerundium uerbi substantiui implicite copulat nominatiuos, quia subauditur tu, Melius tamē dicitur uis radi ut fias presbyter. Presbyter gręcū nomē comparatiui grad⁹ cū y græco scribatur, latine idem quod senior. Vnde in historia de Susanna legitur. Surrexerūt duo presbyteri.i.seniores. Sed ab ecclesiasticis scriptoribus ponit̄ interdū pro sacerdote, Cleros græce latine sors dicitur. Inde clerici qui sunt de sorte dei Sacerdos est clericus, ē prędicatio generis de specie. Cleric⁹ nō cōnotat literaturā siue doctrinā, sed potius uitā honestā Multi enim sunt docti qui nō sunt clerici. Nō imitemur Alexandrum in principio doctrinalis, neq; Petrū hispanū in primo tractatu qui uel abusū sui tēporis, uel gallicū idioma sequuti, scholasticos siue studentes clericos

uocauere,Laos græce latine populus.Inde laicus.i.popularis.vueltlich, & sic latine quęrimus, es tu clericus uel laicus. bist du ein leyg oder ein geistlicher.Alexāder tamē in pręfatione doctrinalis posuit laicā linguā ꝓ lingua uernacula.Sicut nō sequit̄ est clericus,ergo est doctus.ita etiā non sequitur,est laicus,ergo est indoctus.Multi em̄ sunt laici docti.Laici enim dicuntur ꝓphani,quasi ꝓcul a phano.i.templo.Locus ꝓphanus ein vnge vuychte stat.Sed hac de re satis Secunda oratio.s.Militis essendi causa ꝓ cor arma parari,sic potest excusari,Nam gerundia pulchre ponūtur ad iectiue & sine regimine.Terentius.Id faciebat eius redimendi causa.Virgilius.Tantus amor florum & generandi gloria mellis.Talis est ista oratio,Militis essendi causa precor arma parari,Item etiā pulchrius dicitur. tempus est legendi virgilij,quā legendi virgilium.Miles.ein ritter,Eques auratus.ein ridder. Tertia oratio scilicet.Essendi regem causa me posco iuuari,sic excusatur,quia gerundium uerbi substantiui explicite copulat similes casus scilicet accusatiuos

Infinitiuo primum distingue supinum
Atq; gerundiuis primis suprema supina
Si iungas verbo per quod motum tibi signo

Notāda ē differētia inter infinitiuū & primū supinū.Item inter gerundia in di & ultima supina.Infinitiuus construitur cum quibusdā nomib' adiectiuis,ut supra dictū est.Priora uero supina iungūtur uerbo motus ad locum,ut ueni pransum,ueni potū.Ioannes iuit cubitū,age uaccas potum.Teren,Mea glycerium cur te is perditū.Idem.Abi deambulatum, Ioannes iuit auditum contionem. Do iungitur priori supino,ut dare uenum siue uenundare,paupertas cogit ioannem domū suam dare uenum Titus Liuius.Ei manilio Tarquinius filiam suam nuptum dat. Similiter in passiuo.Teren.Quid agis birrhia,dat̄ ne illa hodie nuptum. Vltima supina secundū aliquos iungūtur uerbo quod significat motum de loco. Plautus.Prius conuiuę ante ostium ambulant q̄ ego obsonatu redeo. Redeo obsonatu, Ich kom von dem merckt. Obsonor aris significat emo obsonium.Ioannes iuit obsonatum, er ist gangen zu merckt vmb etvuas zessen zu kauffen Obsonium est omnis cibus pręter panem Quid obsonij habes,vuas hastu zu essen. Sępius tamē iungitur nomini adiectiuo,ut hoc est facile dictu,difficile factu,hoc carmen est facile intellectu,facile constructu,mirabile dictu,horribile uisu.Mirabile uisu,hoc ē iucundum spectatu.Cicero,quod optimū factu uidebitur facies Albus coruus est rarus inuentu Gerundia in di iunguntur quibusdam nominibus substantiuis,qualia sunt hæc nomina causa copia gratia locus occasio tempus uenia.,causa discendi,copia pugnandi,occasio peccandi,tempus abeundi,Iungitur etiam quibusdam adiectiuis,ut cupidus uiuendi,

auidus edendi,peritus cantandi, Gerundia in do sunt datiui & ablatiui casus,& iunguntur uerbo quietis,ut uincam te canendo,superaui ioannem currendo. Ioannes sedet ridendo fabulando. Quandoq; additur præpositio in uel a.In libro psalmorum,In deficiendo ex me spiritum.Plinius.Immolare hominem parū abest a madendo,Iubere aliquem occidi nō multū abest ab occidēdo Etiā utimur gerūdio ī do cū uolum⁹ deriuationē ostēdere,ut hō deriuat̄ ab humo,amator ab amādo,Gerūdia ī dū sūt acti casus,& q̄nq; iūgunt̄ ꝟbo substātiuo sū,sic sūt nti cas⁹,ut audiēdū est. dicendum est,faciendum uel faciundum est,uidendum est Virgili.Euriale audendum est dextra.Audendum est.man mufz kien syn, Quādoq; præponitur eis præpositio,ut domine ad adiuuandum me festina.Ioannes iuit ad audiendū missam,contionem,diuinum uerbum,uenit inter prandendum.Ioanni inter loquendum obrepsit somnus

Fiet de voce sermo quandoq; per ipsam
Materialiter hanc ibi dices esse tenendam
Casus per voces confundis materiales

Dictio accipit̄ quādoq; ꝓ sola uoce,& tūc dicitur poni materialiter,& talis dictio potest esse cuius libet casus.Notandū tamē nō est incōueniens si dictio materialiter posita declinet̄,latine eñ dicitur,aureola deriuat̄ ab auro,hō deriuatur ab humo.Dictio materialiater posita ē gn̄is neutri,ut sumens illud aue.Materialiter positū est appellatiuæ qualitatis,quia facit propositionē indefinitā. Quattuor sunt genera sermonū.Aut enim loquimur de re,ut aurum est in arca diuitis,Aut de conceptu.i. cogitatione ut aurum est in corde auari,Aut loquimur de uoce,ut aurum est generis neutri,Aut de scripto,ut aurū stat in pariete,& scd'm hoc sunt tria genera suppositionū,de quib⁹ supra diximus,ibi.Pro sola uoce.

Quattuor genera sermonum

Vox cuius pars est apponens præpositiua
Vna potest alij sociare præpositiuę
De post fetantes.de sub pede.de prope fontes

Vna præpositio interdum pręponitur alteri,ut in libro psalmorū.De post fœtantes accepit eum,idest de loco post oues fœtas. Fœtare est fœtum producere.Bos fœtauit,die kuo hat gekalbet.Aspirāte fortuna etiā taurus fœtat, vuan das gluck gybt so kalbet der ochse.In historia sancti Clementis legitur.De sub agni pede fons uiuus emanauit.Alia exempla Vsq; a pureo dilexi te,usq; ad mortē,usq; in sempiternum. Vsq; etiam postponitur.Statius,Augurium seros qui misit adusq; nepotes.Sedulius. Adusq; terrę limitēm christum canamus principem,

In subter vel tus dant quartum dum sociamus

Verbo signanti motum vel participanti
De motu dici credas tamen exteriori
Si non designo motum. tunc construe sexto
In campo curro si sis bene dicis in illo
Si sis exterius. in campum sit tibi cursus

Istę quattuor præpositiones in sub subter & subtus constructæ cũ uerbo uel participio significante motum ad locum regunt accusatiuũ, aliter constructæ uolunt ablatiuum. Donatus. Da præpositiones utriq; casui deseruientes, ut in sub super & subter. Quando accusatiuo seruiunt, quando nos uel quos libet ad locum ire, isse uel ituros esse significamus. Qñ ablĩo casui seruiũt: qñ nos uł q̃s libet in loco esse uel fuisse uł futuros esse significam⁹. Vbi etiã habent exẽpla. In młtifariã iũgit ablatio, ut prę diximus ibi. Inq; notans contra, Sub quattuor modis iungitur accusatiuo. Primo cum iungitur uerbo motus ad locum. Virgilius. Pallendo animas sub tristia tartara mittit, Ioannes proiecit librum sub lectum. Secundo quando significat ante. Prudentius. At tunc peruigilem tractabat marcida cœnam Sub lucem. Tertio quando significat per. Virgilius. Sub noctem cura recurrit. Idem. Postesq; sub ipso nituntur gradibus Quarto quando intelligitur usq;. Horatius. Occultam febrem sub tempus edendi dissimulas, Subter significat id quod sub, & cum uerbo motus iungitur accusatiuo, In genesi. Abiecit puerum subter unam arborem. Cum uerbo quietis iungitur ablatiuo. Virgilius. Cum tamen omes ferre libet subter densa testudine casus. Sæpius cum uerbo quietis inuenitur iunctum accusatiuo. Virgilius. Sic tibi cum fluctus subter labere sicanos. Statius. Desilit in campum qui subter mœnia nudos Asseruat manes In tertio libro regum. Helias cum sederet subter unam iuniperum. Subt⁹ significat idem quod subter, sed proprie est aduerbium, sicut etiam intus Quandoq; tamen est præpositio aut ponitur pro prępositione, ut ĩ libro psalmorum. Cadent subtus pedes meos. Campus est planicies terræ ampla & grandis, ideoq; spatiosæ plateæ siue areæ campi uocitantur, ut Romæ campus martius dicitur.

Iungere non poterit coniunctio mobile fixo
Iungit diuersa coniunctio significata

Coniunctio copulatiua uel disiunctiua non mediat inter adiectiuũ & substantiuũ. Et assignatur causa, quia talis cõiunctio mediat inter ea quæ significant diuersa, sed adiectiuũ & substantiuũ non significant diuersa, ergo inter illa non mediabit coniunctio. Causa tamen ornatus mediat interdũ coniunctio inter adiectiuũ & substantiuũ, sed tunc geminatur coniũctio, ut Ioannes est & uir & doctus.

Querís si liceat voces coniungere binas
Per vel siue per & solam vel non mediante
Quum voces fuerint tales q significato
Vnius alterius comprendis significatum
Recte dicetur homo grammaticus.similesq
Et parti iunctum debes restringere totum
Id solum presta quod pars non denotat illa
Inde potest queri si possit idem sibi iungi
Aut si iungatur quod adesse nequit vel abesse

Hic auctor mouet tres questiones.Prima .An coniunctio possit coniũgere nomina que ad idem spectant.Bene coniungit eadẽ genere uel specie,sed nõ eadem numero,vnde dicendũ est.Marcus Tullius Cicero sine coniũctione.Quãdo aliquis ẽ binominis uel trinominis,tunc inter illa nomina nõ debet interponi coniunctio,ut Marcus Tullius Cicero Terẽtie sue salutem dicit plurimã.Publius Virgilius Maro scripsit duodecim libros æneidos.Ex solutione huius primæ questionis patet,q inter substantiua in appositione non debet mediare coniunctio,quia pertinent ad idẽ

Secunda quæstio.An coniunctio coniungat disparata,idest nomina q significant res diuesas.Vtiq;,ut equus & bos arant,lupus & equus pugnant.Vbi notandum,nomina res diuersas significantia interdum sine cõiunctione coniunguntur per figuram asyntheton siue dialyton.quæ ẽ cõiunctionis ablatio.Terentius in Andria.Dum ætas,metus,magister prohibebant.Huic contraria est alia figura quæ dicitur polysyntheton,quando scilicet abundat coniunctio,Salustius,Equitatesq; remq; publicam curabant,Plura de his figuris diximus in commentarijs nostris super quartam partem Alexandri de speciebus schematis Tertia questio.An cõiunctio coniungat illa quorum alterum nequit abesse alteri, ut species & differentia,indiuiduum & proprium.Non quia talia spectant ad idẽ,sed coniunctio coniungit diuersa.Omnes istæ tres quæstiones facile soluũtur illo uersiculo.Iungit diuersa coniũctio significata.

Si iunges recte facies quã participare
Concesso.q tu melior sis quã plato.recte
Concludes.ergo plato participat bonitate.

Quando fit comparatio proprie dicta per q;,tunc ambæ res comparatæ scilicet excedens & excessa participabunt proprietatem in qua fit cõ-

paratio, vt vit⁹ ē doctior ioanne vel q̄ ioānes, q̄ oratio sic resoluit, ioānes ē doctus, & vitus est doctus. sed Ioānes est magis doctus. Est etiā cōparatio impp̄ria quādo. s. pprietas solū cōuenit rei excedenti. vt Ioānes est doctior idiota siue q̄ idiota. Idiotes siue idiota dicit̄ indoctus & inutilis, quasi sibi tantūmodo & nō pluribus vtilis. Ioānes surrexit anteq̄ lectus ei⁹ surgeret. Ioānes melius videt q̄ cecus, melius audit q̄ surdus, melius loqtur q̄ mutus, Est itē cōparatio impp̄rijssima quādo. s. pprietas nec rei excedēti nec excessę cōuenit. vt melius est digitū pdere q̄ manū. melius est furtū q̄ sacrilegiū. idest minus malūest. prestat esse odiosū q̄ miserabilē. i. melius siue tolerabilius est. Cōparatio fit vel per nomē cōparatiui aut supla tiui gradus. vel per verba. vt malo prestat. vel per aduerbiū cōparatiuū vel per aduerbiū q̄. Quā cōstruit̄ cū cōparatiuo tā nominali q̄ aduerbiali. aut cū dictionibus quæ ponūt̄ loco cōparatiui. i. cū quibusdā ppositionib⁹, quales sunt ante post citra vltra. vt antequā senescam⁹ aut ęgrotemus cōuertamur ad dominū deū. Dimitte me domine paululū vt lugeā pctā mea añquā vadā ad terrā tenebrosā & opertā mortis caligīe. Ouidi. Postquā saturno tenebroso in carcere misso Postq̄, posteaq̄, post vbi post uerovbi in eadē significatiōe dicit̄, Quā etiā cū dictiōe alietatē significāte. vt multi aliter loquūt̄ quā sentiūt Elegāter dicimus secus ac, p aliterq̄.

Decq̄ relatiuis logice fit regula talis
Quando relatio fit extrinseca debet eidem
Dictio subiungi quæ rem determinat eius
Quuncq̄ relatio fit intrinseca. nil petit addi
Plurali numero, similes sunt quos ego cerno

Relatio logica est duplex

Relatio logica est duplex. s. extrinseca & intrinseca. Extrinseca est cum relatiuū & correlatiuū exprimūtur vt pater filij, domin⁹ serui. genus speciei, duplū dimidij, similis simili. Intrinseca relatio est quū relatiuū & correlatiuū intelligūtur in vna dictiōe pluralis numeri, vt isti sunt similes. sunt ęquales. sūt cognonimes, sunt cōdiscipuli, sūt cōmilitones. Cognonimes dicūtur qui sūt eiusdē nomīs. Cōdiscipuli dicūt̄ qui sūt eiusdē pceptoris auditores. Cōmilitones sūt milites eiusdē imperatoris. qui seinuicē salutāt Relatio intrinseca solū fit in relatiuis ęquiparantię, qualia sūt cohabitator cōdormitor collusor cōpotor cōmilito cōdiscipulus cognominis cōcolor cōformis, quia omē nomē siue substātiuū siue adiectiuū cōpositū cum hac inseparabili prępositiōe con, est relatiuū logicū ęquiparantię. Extrinsecus & intrinsecus in claris auctoribus sūt aduerbia. In euan. Attendite a falsis prophetis q ueniūt ad uos in uestimētis ouiū, intrinsec⁹ aūt sūt lupi rapa-

ces. Si nomina essent Hieronymus intrinseci dixisset. In epistola pauli. Prę ter illa quæ extrinsecus sunt. Quidam tamen nominaliter eis utuntur, ut Alexander hic in textu, & Petrus hispanus in quinto tractatu dicens. Locorum alius extrinsecus, alius intrinsecus, alius medius. Ganfredus in libro qui incipit. Papa stupor mundi, Si quis auet fundare domũ, nõ currit ad actũ, Impetuosa manus intrinsecus linea cordis. Pręmetitur opus, Pro q̃ mea quidẽ sñia dicere liceret. Duplex est relatio. s. externa & interna Itemq; locorum alius externus, alius internus, alius medius.

¶ Phorce in ædibus Thomę Anshelmi Badensis
Anno domini. Millesimo quingentesimo octauo
Mense decẽbri.



[illegible]

Nihil prodest ore dimittere qui servant iracundiam in corde

liber decimus septimus

1 opus aureum musice

2 Hermanni torrentini

3 commentaria clarissima

Exquo plura parens verso lemma fregit

Nilg in hec misera tandem fuit orbe misera

Non tiranus latronis effugit ut tantalus undis

Hec male quesivit locum patria prima

Orbata niobes vos vincit sibila cadmus

Ergo quam infelix patitur percepta quod ille

[illegible] que terra plura tulit

Obruor [illegible] scelus quam ubera undis

Hec probat dictum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tantalus [illegible] [illegible] [illegible] Non tiranus

Thesmarus Alebeke
Pomeranus

